



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Omnia Latina Scripta Matthiæ Flacij Illyrici

Flacius, Matthias

Magdeburgæ

VD16 F 1296

urn:nbn:de:hbz:466:1-36647



Th. 1213.





C
L
M
C

uis
Ac
tus
ma
cun
stru
fich
h



OMNIA LATINA SCRIPTA

Matthiæ Flacij Illyrici, hætenus spar-
sim contra Adiaphoricas fraudes &
errores ædita, & quædam pri-
us non excusa, catalogum
uersa pagina indi-
cabit.

Omnia correctæ & aucta.

Hieronymus Hanmymund

Regula generalis de Adi-
aphoris.

Omnes cæremoniæ & ritus, quantum
uis sua natura indifferentes, desinunt esse
Adiaphora, cum accedit coactio, opinio cul-
tus & necessitatis, abnegatio, scandalum,
manifesta occasio impietatis, & cum quo-
cunque demum modo non ædificant, sed de-
struunt Ecclesiam, ac Deum contumelia af-
ficiunt. Omnia hæc mala insunt præsentibus
mutationibus, præterquam, quod
quædam simpliciter sua natu-
ra impia sunt.

Catalogus Opusculo- rum.

1. Christiana admonitio de uitando contagio fermenti Adiaphoristarum.
2. Quod nihil sit hoc tempore mutandum.
3. Cōfutatio scripti Philippi de Adiaphoris.
4. Epistola ad Georgium Anhaltinū.
5. Epistola de Pseudobasilio Lipsensi.
6. Epistola Apol. ad quendam pastorem & duo somnia Ph.
7. Apologia ad Scholam & Epistola ad Phil. cum adiunctis scriptis.
8. Responsio ad epistolam Philippi.
9. Epist. D. Ioannis Epini ad Illyr. de Adiaph.
10. Liber de ueris & falsis Adiaphoris.
11. Adhortatio ad Misnicas Ecclesias, de constantia in religione præstanda.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D. Alberto Marchioni Brandenburgensi,
Prusiæ, Stetinæ, Pomeraniæ, Cassu-
borum ac Sclauorum Duci, Burgrauio
Noribergensi, ac Rugiæ Principi, Do-
mino suo clementissimo, in uera,
agnitaq; Christi pietate, eiusq;
confessione constantiam,

Matthias Flacius

Illyricus,

DOMINVS IESVS, CVM
diam sibi instare extremum illud,
terribilissimumq; certamen pas-
sionis probe sciret, orauit ardentem cœ-
lestem Patrem, ut discipulos suos, quos
in mundo relicturus erat, uelit sic uni-
tos concordetq; seruare, sicut ipse cum
Patre unum erat. Vehementer etiam
ipsum de mutua charitate sollicitetq;
monuit. Sciebat nimirum tum diffici-
lem esse in hac corrupta natura, milleq;
Sathanæ artibus inter pios concordia-
m, tum Deo longe gratissimam, tum
etiam ad omnem ædificationem ma-
xime necessariam.

Vt autem præclara sane res cōcor-
dia est

* 2

dia est

dia est, difficilis, Deo grata, & cum omnibus rebus, tum uero pietati uel imprimis utilis: ita rursus impij non alio nomine prætextuq; magis, quam concordia & unitatis ueram pietatem semper oppugnant. Accusant acerbe Christum & omnes pios doctores, quod turbent totam gentem, immittant cum suo Euangelio ignem & gladium in terram.

De Iudæis olim prophetas, Christum, & Apostolos oppugnantibus nihil iam dicam, tantum quaeso nostrorum temporum misérias consideremus. Papistæ, qui sine intermissione suis Simonijs, Missis, alijsq; infinitis impietatibus Christum ipsum uendiderunt, conspuerunt, flagellauerunt, crucifixerunt, & tandem substitutis nouis saluatoribus prorsus perpetua obliuione sepelierunt, nobiscum de inconsutili tunica litigant. Clamant nos scindere inconsutilem tunicam. Accum sine intermissione mendacio & homicidio, fraude & uolentia, sui nimirum patris artibus, miseram Ecclesiam scelerate diuexent, tamen pro eorum uerecundia Euangelio Iesu Christi omnium calamitatum culpam imputare non uerentur.

Sic

Sic Interimistæ quo plausibilis
possint ueram religionem & Ecclesiam
Christi perdere, usq; ad riuum nobis de
cōcordia pace, & unitate Ecclesiæ, ui-
tandisq; scismatibus uociferantur. Sic
& Adiaphoristæ cum multipliciter scin-
dant Ecclesiæ concordiam, tamen, ut,
cum nullis ueris rationibus se tueri que-
unt, hoc saltem plausibili commento
nos opprimant, non desinunt nobis de
concordia & charitate declamitare.

Sed alijs satis prolixè, & uere a multis
iā responsum est. Ego nunc breuiter de
Adiaphoristarū concordia amore dicā.

Christus non quamuis concordi-
am suis optat, quæ sæpe & inter malos
est, & inter ipsos dæmonas omnium
maxime, nec minus malis, quam bonis
conatibus seruit: Sed eam cupit eos ha-
bere concordiam, quæ eos in Deo, eius-
q; uera pietate coniungat. Eius porro
tres iam partes faciemus: Prima est, ean-
dem uerā sententiā de religione habere.

Hanc & si se Adiaphoristæ prorsus
eandem nobiscum habere profiteantur
tamen Lypsicum Interim contrarium
manifeste testatur, in quo non solum
piæ, ac ad ædificationē utiles nostrarū

Ecclesiarum caeremonia corrumpun-
tur, sed etiam doctrinae praecipua capi-
ta, de Iustificatione per solam fidem,
item de partibus Pœnitentiæ, ut in se-
quentibus clarius exponetur. Non ser-
nant igitur hic cum Ecclesijs Adia-
phoristæ unitatem, quia totâ religionem ad
Antichristi impietates inflectunt.

Secunda pars sit Dilectio mutua,
& studium conseruandi ueram religio-
nem in omnibus Ecclesijs. Contra hanc
quoq; uehementer peccare eos notissi-
mum est: Nam collatis omnibus Adia-
phoristarum consilijs & actionibus ma-
nifeste apparet, eos hoc agere, ut sua au-
thoritate & scriptis ubiq; clam mutati-
ones promoueat: Vt C. M. uidens
eos iam obediētes filiolos factos, pro-
desseq; suo conatui eorum operam, pla-
cator eis fiat, atq; ita ipsos ac ipsorum
cœtus non perturbet.

Hoc ut probem, non citabo priora
illa minime *φιλονεικία* acta & scripta Au-
gustam missa, quibus constat Ecclesias
passim in Sueuia subuersas, posset enim
aliquis dicere, illa per humanam im-
prudētiā acta. Examinentur sequē-
tia gesta post promulgatum primum
Interim

Interim, cum iam semel isti sapere debuissent, inueniatur profecto omnia ad eum finem directa, ut (sicut ipsimet de se profitentur in principio Lypfici Interim) uideant cum alij homines tum & Cæsarea M. eos esse ad obediendum etiam in religione paratos.

Atq; ita (ut ipsimet in suis scriptis confitentur) ob incertam spem suæ pacis ea agunt, quæ quidem confirmant ita impios, ut triumphent, labefactant uero, contristant & in dubitationem inducunt pios. Sicq; scilicet ob incertissimam spem tranquillitatis unius loci pñ erit tã multas Ecclesias & regiones, quin & tã multas pias conscientias perturbare. An nō idem quæso Christus est in alijs Ecclesijs, q & apud eos? Vbi q̄so hic ulla mica Adiaphoristarū charitatis & unitatis cū reliquis pijs cernitur? Cum in tanta calamitate ueluti paterno sinu ac charitate totam Ecclesiam omnesq; afflictos amplecti, fouereq; deberent?

Tertia pars charitatis, & piæ christianorum unitatis consistat in coniuncta ueritatis confessione, & unanimi crucis Christi gestatione, quandoquidem eadem omnium causa est. Et præsertim
* 4 summi

suppositi in Ecclesia, ut sunt donis insignibus præ cæteris omnibus ornati, & summo loco positi, ita etiam in prima acie christianorum, cum Satana & impio mundo pugnantium uersari, aliosq; protegere & confirmare deberent.

At Adiaphoristæ putât, se ueluti syluâ quandâ aciei uicinam nactos, ubi tuti ab hostibus latitare possint, eo se conferunt. Nec tantum sunt contenti tanti Aiaces debitam operâ propugnationis, consilij, consolationis & cõfirmationis Ecclesiæ, & cõmuni causæ subtrahere, sed etiâ (ut ipsimet confitentur) agunt ea, per quæ impios confirmant, & pios contristant ac misere languefaciunt.

Sed quorsum opus est pluribus de Adiaphoristarum unitatis charitatisq; studio dicere, cum constet eos istud aureum contentionis pomum in Ecclesiam proiecisse? Adiaphora sunt uere aureum contentionis pomum. Nam primum ne aurum quidem perinde splendet, sicq; gratū est, ut istæ adiaphoristarum sententiæ. Tu potes esse Christianus, & pro Christo nihil pati? Qui id possibile est? Places impios cædendo eis in Adiaphoris. Quid sunt Adiaphora?
omnes

omnes rit⁹ sic seruare, ut patres seruarūt,
& illa pars adhuc seruat, ut Interbacēsis
pacificationis diploma continet.

Contentionis autem Adiaphora cau-
sa sic sunt. Nam papistici aut etiam
Epicurei homines in politijs spe com-
modorum & beneficiorum papistico-
rum aut etiam, quia alioqui suam tran-
quillitatem, suasq; opes & uoluptates
pluris faciunt, quam Christum, hoc
Adiaphoristarum telo & authoritate
armati protinus pios Doctores inua-
dunt uociferando, uidete quid illi, quid
uos estis & uos φιλόνημοι, ferre, ut omnes
abominationes papisticæ restituantur,
sunt enim mera Adiaphora. Respon-
dent aliqui Doctores (multi enim Dei
uentris gratia omnia accipiunt) non
sunt Adiaphora, sunt meræ papisticæ
impietates, quia scriptura dicit, Adia-
phora debere seruire piorum ædificati-
oni, &c. Atq; ita exitiale istud pomum
ciet ubiq; contentiones, quæ tamdiu
subinde crescūt, donec tandem pij pa-
stores expellantur, & Ecclesiæ prorsus
hoc contentionis igne conflagrent.

Huius tristissimi dissidij nobis Adi-
aphoristæ proiecto in medium suo A-

* § diapho

diaphororū aureo contentionis pomo
authores extiterūt, & adhuc audent acer
be accusare eos, qui miseras conscientias
extricare, sanare & in uera pietate cōfir
mare cupiunt, quod sint turbulenti, scis
matis non necessarij authores, & plane
scelerati homines.

Hæc illustrissime princeps iam ad
tuam celsitudinem scribere uolui, tibi
q; hunc nostrorum libellorum fascicu
lum dicare, tum quia me a quodā olim
bono sene istic, & in Dania acerbo scri
pto accusatum intelligo, ut me excusa
rem, ostēderemq; quis uerissime charita
tem & unionem Christianam uiolet.
Tum ut, quoniam intelligo istud bonū
fermentū adiaphoristarū iā etiam in Li
uonia, alijsq; septētrionalib⁹ regionib⁹
feruere, ac omnia inficere, etiam eo hac
occasione citi⁹ ista nostra, aliorūq; eius
dem argumenti scripta perferantur.

Impulit me quoq; nō parū, ut hæc
facerem, ea cogitatio, q; cū semper hæte
nus tuo ueræ pietatis exemplo omnibus
in Ecclesia præluxisses, tum & hoc tēpo
re me recte facturū sum opinatus, si tu
am in uera pietate constantiam, cōfessi
onemq; Christianissime princeps poti⁹
omni

omnibus piarum politiarum gubernationibus imitandā proponerem, quam quorundam carnali sapientia temulentorum hominum impiā uacillationē. Qui cum multū Christum osculentur, eumq; Aue Rabi, saluent: Tamen omnibus illis osculis & salutationibus hoc tantum sedulo agunt, ut Christū ita dolo capiant, eumq; in manus impiorum Romanorum flagellandum, crucifigendumq; tradant, ut ne tamen interea oriatur tumultus in populo.

Dominus Iesus regat & seruet tuam clementiam, me & totā suam miseram

Ecclesiam. Magdeb. 10. ca.

Ien. Aprilis.

CHRISTIANO LECTORI
SERIVM ZELVM PRO
agnita Iesu Christi religione

Matth. Flacius

Illyr.

NIMIS STOICA ET DV-
ra uidetur quibusdam Ienibus
Peripateticis, uel etiam Epicuræis
sententia Spiritus Sancti, qui apud Io-
annem & Paulum iubet eos pro ana-
thematis, excommunicatisq; haberi,
qui

qui uel per obseruationem cæremoniarum, & inanem Philosophiam, uel etiam per alias fucosas species Euangelium Iesu Christi corrumpebant. Quæ ipsa quoq; iudicij peruersitas non aliunde oritur, quam ex illa nostri ueteris Adami cæca, corruptaq; sapientia. Qui admiratione quidē potentiae præstantiaeq; humanarum rerum aut secundarum causarum stupet: Dei uero seu primæ illius causæ præstantiam, omnipotentiamq; utpote *ψυχικὸς καὶ οὐ πνευματικὸς*, uel prorsus non capit, uel certe leuissime de ea somniat.

Inde enim fit, ut hominum quidē uel naturæ præstantiam multi, uel eruditionis aliarumq; artium excellentiam, uel opum potentiam, uel etiam familiaritatis, amicitiaeq;, quæ sibi cum eis intercessit, coniunctionem maximi faciant, præstantiam uero, paruitatem, ue eorundem, quam ex fauore aut odio Dei habent, non magnipendant.

Nec tantum in hoc peccato grauantur, qui Spiritus S. expertes tantum cæca humanæ mentis ratiocinatione ducuntur, sed sæpe etiam uiri spiritu Dei illuminati. Nam, ut alios taceamus, sciebat

ebat Saul, diuinitus sibi grauissime mā-
datum, ut regē Amalekitarū iugularet,
mouetur tamen eius uel dignitate uel
uirtute, ut eum incolumem seruet.

Samuel Dei propheta sanctissimus
sciebat Saulem a Deo reiectum esse, ut-
pote qui ipsemet ei eam Dei immotam
sententiam indicauerat, nec tamen tū
animi, tum corporis eius præstantiam
admirari & amare, ægreque reiectionem
eius ferre desinit. Sic Dauid admiratio-
ne præstantiæ formæ, aliarumque doti-
um, scelerati Absalonis capitur. Sic Sa-
lomon miratus opes, potentiam, & uir-
tutes impiarum, Deoque exosarum gen-
tium, cū eis contra mandatū Dei affini-
tates & amicitias iūgit. Sic crebro totus
Dei populus impiarū gētiū potentiā, &
opes miratus, cum eis fœdora societatis
iunxit, ac suam in eos spem collocauit.

Sed redarguit sæpe Deus grauissimis
tum increpationibus, tum etiam pœnis
hunc tristē mentis humanæ errorem &
grande ueteris Adami scelus. Quæ exē-
pla ne singula seorsim prolixè comme-
morem, obiurgatio quidem grauissi-
ma est illa, qua propheta Iehu piū regē
Iosaphat obiurgat, inquiens, Cur tu im-
pio fers

pio fers opem, & eos diligis, quos Deus
odit: Propterea ira Dei supra te est. Pœ-
na uero tristissima est, qua Salomon af-
fectus est, familiaritate enim, coniuncti-
oneq; impiorū paulatim, ueluti per cō-
tagiū ethnicæ impietatis lepra rā sanct⁹,
tāq; sapiēs homo tandē horribiliter infi-
citur, ac p̄ eū haud dubie multi alij uiri
uirtute ac sapiētia præstantes, & fortassis
tandem in æternum exitium abijcitur.

Hac omnino de causa puto antiqui-
tus etiā ante Christum excommunica-
tionem institutā fuisse, & postea a Chri-
sto instauratā, magis quam disciplinæ
singulorum gratia, (quanquam simul
& disciplinæ seruiuit, dū illos peccantes
castigauit, & aliquando ad sanitatem,
pœnitentiamq; reuocauit) ut scilicet,
sicut Paulus inquit, malū de medio tol-
leretur, ne ceu fermentum aliam quoq;
synceram massam inficeret.

Itaq; cum Ecclesia aliquem excom-
municat, hoc uidetur primū & p̄cipue
agere, ut moneat omnes, hūc uel illum
esse alicui grauissimo sceleri obnoxio-
sum, cum eo neminem pium conuer-
sari, aut omnino comedere debere, ne
eius scabie, aut malo fermento infici-
atur

atur, Deinde, & Satanæ eum affligendū
tradit, ut sic ad pœnitentiam reuocatus
in æternū saluetur. Quam excommu-
nicationis formam Paulus 1. Corinth. 5.
Corinthijs præscribit. De speciebus Ex-
communicationis nolo hic quicquam
prolixius dicere, quas tres opinor nu-
merari posse, Neq; enim hic institui
hanc materiam integre explicare.

Vtinam autem uel in papatu olim
Excōmunicatio maiori iudicio ac gra-
uitate, uel instaurato iam euangelio ali-
quanto uehementius administraretur,
multis certe malis obuiam iretur.

D. M. Lutherus piæ memoriæ Isle-
bium, tanquam hæreticum, subuersum
& prorsus insanabilem hominem, pœ-
nitus deuitare solitus est. Audiui ex du-
obus fide dignissimis uiris, qui ei ser-
moni interfuerunt, uenisse aliquan-
do Philippum, Pomeranum, Crucige-
rum & alios supplicatum Luthero, ut
uelit redire in gratiam cum Islebio, ac
pati, ut eum accedat & alloquatur. Cæ-
terum respondisse Lutherum, uos nes-
citis, quid petatis: Adiunxisseq; & alia
multa, ac tandem conclusisse, cor me-
um erga Islebiū penitus mortuum est;
post

post meam mortem ille adhuc uos pul-
chre concacabit.

Si alij quoq; similiter auersati fui-
sent Islebium, impios episcopos & eo-
rum fraudes, eosq; cum suis technis pro
excommunicatis habuissent, ut Luth-
erus fecit, non potuissent ex eorum dia-
bolicis cordibus duæ istæ pestes, Inte-
rim & Adiaphora prorepere, quæ iam
ueluti contagio quodam non tantum
in Marchia, sed & alibi summos uiros,
& porro per eos infinitos alios infici-
unt, & spiritualiter enecant. Ita fuisset
in ipso fonte malum oppressum. Iam
uero Deus bone quantillum fermenti,
quam late, quamq; uehementer nobis
synceram Ecclesiæ massam infecit. Vi-
di profecto & audiui coram ante bien-
nium, eos ridere ac detestari Islebium
cum suis Adiaphoris, tanquam Eccle-
siæ pietatisq; pestem, qui postea Adia-
phoristæ, seu præcipui Adiaphororum
patroni facti sunt.

Vtilissimum igitur fuisset initio, cū
istæ miseriæ oriebantur, graui aliqua au-
thoritate piorum, doctorumq; uirorū
admonitam fuisse Ecclesiam omnesq;
imperitiores, ut sibi ab illo satanico fer-
mento

meto cauisset eiusque autores. Id enim, si
factum fuisset, profecto non tam late conta-
giosa ista lepra serpsisset: Quam iam intelli-
go etiam in extremis mundi partibus sub
septetrione grassari. Verum enimvero, quia
præteritum iam damnum impedire non pos-
sumus, nobis de presentibus sequuturisque
deinceps malis prohibendis cogitandum est.

Cum igitur ego non ulla cupiditate,
aut proprio consilio (quod Deus nouit)
sed diuino quodam fato ad hæc certami-
na contra Adiaphoristas pertractus sim:
tum ob piorum periculum, qui subinde plu-
res contagio lepræ Adiaphoristarum infi-
ciuntur, tum etiam ut mandato Christi
obedire, qui iubet nos eos, qui post pri-
uatas, & publicam coram Ecclesia factam
admonitionem penitentiam non agunt,
pro ethnicis & publicanis habere, uolui
monere omnes, ut sibi ab omni famili-
ari conuersatione coniunctioneque Adi-
aphoristarum caueant, eosque secundum Christi
regulam per ethnicis publicanisque habeant.

Monui Adiaphoristas, tum ego tum
alii, non tantum priuatim sæpius, sed &
coram Ecclesia, ego quidem nuper ædi-
ta mea apologia, & coniunctis aliis itidem
suis modis: Indicaui, quoque, ni penitē-
tiam

A

tiam

tiam egerint me offensus eos pro ethnicis & publicanis habendos esse. Sed tantum absit, ut meas aliorumque plurimorum piorum & doctorum uirorum Christianas admonitiones, sacrisque literis firmatas, fraterne accipiant, ut insuper in suo instituto pergentes nos nullius non sceleris infimulent.

Quare, cum uideam eos in sua impoenitentia manere, & praesentes Adia-
phoricas mutationes contra conscientiam promouere, & papatui sequuturo fenestras fabricare non desinere, pronuncio impoenitentes Adiaphoristas esse pro ethnicis & publicanis habendos, id est, neminem pium debere cum ipsis ullam familiariorem conuersationem amicitiae habere. Et ei, qui (praesertim nulla iuris necessitate eis adstrictus) aliter fecerit, denuncio laeprae eorum contagium & ita haud dubie iram diuinam.

Scio exclamabunt multi, qui non satis Ecclesiae causa afficiuntur, nec rem satis recte perpendunt, me nescio qua priuatorum affectuum intemperie agitari, & parum sanum esse. Verum ego iustis rationibus & imprimis regula Christi de admonendo proximo fretus episcurea

curæa hominum iudicia non curabo.
Cæterum p̃ij homines non temere
derideant ea, quæ dominus per sua te-
stacea uascula dicit, nec tantum perso-
nas respiciant. Nam profecto Deus per-
sonarum acceptor non est, sed rerum ip-
sarũ ueritatẽ in timore Dei perpendat.

OBIICIET aliquis, me præripere
Ecclesiæ suam functionẽ, quæ de com-
muni sentetia publica autoritate Adi-
aphoricæ fraudis suasores excommu-
nicare deberet. Ego uero & ex animo
optarim, Ecclesiã posse aliquem com-
munem conuentum celebrare, in quo
de præsentibus certaminibus ac miserijs
ex cõmuni sentetia statueret, publicaꝝ
autoritate pronunciaret: Sicut olim
semp, cũ maior cõiunctio, maiorq; zelus
fuit, in magnis difficultatibus factũ est.

Nec tamen uel commune Ecclesiæ
officium præripio, uel proprie quemq;
excommunico, aut Sathanæ trado: Sed
partim præcepto Christi de ratione ad-
monendi proximum, partim etiam stu-
dio tuendi ueram religionem, & iuuan-
di pios tantum fraterne moneo meos
in Christo fratres, ut sibi omnes caue-
ant ab Adiaphoristis, ueluti a pessimo

quodam fermento, uel leprosis homi-
nibus, ne ipsi quoque eorum morbo per
contagium inficiantur.

Hæc certe admonitio etiam singu-
los Christianos decet, Nam præceptum
Christi de fraterna admonitione ad
singulos proprie pertinet. Item singuli
quoque ita iubentur Deum ac proximū
diligere, ut summo studio ea agāt, quæ
ad gloriam Dei & salutem proximi fa-
ciunt. Adhæc, & si singulos decet erro-
rem oppugnare, oportet certe etiā om-
nia ea commonstrare, quæ ad uitandū
errorē faciūt. Singuli pie possunt ac de-
bent monere suos fratres, hic pix est, ne
cōtrectes eā, alioqui inquit haberis ab ea.
Nihil igitur præter officiū facio, præser-
tim cū nō sim priuat⁹, sed in functione;
ut alibi declarauī, & res ipsa declarat.

Nec tamen nego, imo potius uehe-
menter affirmo, & in ipsa excommuni-
catione non tam quid homines pro-
nuncient, quam quid Deus, respicien-
dum esse. Sæpe enim fit, ut uel cum ho-
mines, ut Psalmus inquit, maledicunt,
Deus benedicat, beatiq; sint pij etiā ob
hoc ipsum, quod ex Synagoga eiekti sint,
omneq; malum uerbum contra eos ob
Christum

Christum dictum sit: Vel etiam cum
homines benedicant impijs, Deus eis
uehementer maledicat.

Quare & in hoc praesenti negotio mo-
neo omnes eos, qui uere timent Deum,
quiq; & uerae pietati, & suae salutis consul-
tum cupiunt, ut non tam, an Ecclesia Adia-
phoristas excommunicauerit, uel non exco-
municauerit consideret, quam diligenter per-
pendat, an a Deo excommunicati sint.

Quanquam si quis recte rem perpē-
det, omnino inueniet, Adiaphoristas
excommunicatos esse ab Ecclesia. Nam
quod omnes pii, & intelligentes praesentem
controuersiam, eos oderunt ac dete-
stantur, profecto satis indicat, se cum
alijs Christianis spiritu saltē iunctos eos
pro excommunicatis habere.

Item quod Spiritus Sanctus in pio-
rum pectoribus, quem ipsi contristarunt,
gemit contra eos apud Deum, & angeli
pusillorum Christi ab ipsis languefacto-
rum, & in dubitationem inductorum, &
scandalizatorum coram coelesti patre
queruntur. Quae uel excommunicatio quae-
dam est, uel quiddam etiā longe peius. Equi-
dē malim a tota Ecclesia excommunica-
tus esse, quam Spiritum Sanctum in pio-

rum, causamq; intelligentium pectoribus contra me ad Deum gemere.

Excommunicati etiam (quod longe grauisimum est) ideo iam olim a Spiritu S. sunt, q; non obscure characterē bestiae accipiunt, & de uino prostitutionis Meretricis bibūt, ac cū ea, dando ei supra Ecclesiam primaum, eiusq; caeremonias accipiendo, item ei fenestras fabricando in Ecclesiam Christi, spiritualiter scortantur, aliosq; ad eam scortationem, quod constat, pelliciunt.

Ego profecto nō dubito, idq; meis scriptis hactenus euidenter probaui, eis Deum iratum esse: quandoquidem contra propriam conscientiam scientes & uolentes ea suadent Ecclesiae Christi, p quae pij languescunt, & in dubitationem inducuntur, & Spir. S. in eis contristatur, contra uero impij confirmantur, ut de Christo & Ecclesia triūphent. Item, per quae clare aditus impietati Antichristi in Ecclesiam Christi patet.

Si igitur manifeste cerni potest nō tantum ex uerbo Dei, & eorū peccato, sed etiā ex experimento tristis cuiusdā ipsorum cæcitatis & stuporis Adiaporistas, non tantum ab Ecclesia, sed imprimis

primis ab ipso Deo excommunicatos
& nō parū in reprobū sensum traditos;
uideant p̄ij, ne ipsi aliter iudicēt, seq̄ etiā
tū lepræ Adiaphoristicæ, tū iræ diuinæ
participes faciant: Dū ab eorū familia-
ritate, cōsortioq; nō abhorrēt, q̄ scientes
cōtra Deū agunt, q̄busq; Deus, tanq̄ im-
pœnitentibus, uere serioq; iratus est.

Moueor etiam, ut omnes admoneā,
ut sibi caueant, ea quoq; cogitatione, q̄
Adiaphoristæ omnes, quos possunt, in
suam sententiam non uerbo Dei, quod
nullum pro se habent, sed meris blandi-
cijs, ueluti Syrenes quædam suauī cantu
in exitiū pertrahunt. Vt nuper admo-
dum quidam eorum præcipuus, cū in-
terrogaretur a duobus p̄ijs pastoribus,
quidnam suaderet sibi faciendum, cum
eis præsentēs mutationes obtrudantur:
Respondit, accipite, quare nō faceretis?
facite in gratiam principis. Cū illi con-
tra dicerent, se id non posse pie facere,
proferrentq; testimonia sacrarū litera-
rum, respondit tandem, si nō uultis ac-
cipere, omittite: Nolo uobiscum dis-
putare. Ita illi semper blandicijs, non
ueris rationibus omnes in suum errorē
pelliciunt. Quare coram Deo, & ho-
minibus

minibus suadeo omnibus pijs, ut quam
longissime Syrenarum istarum scopu-
los circumnauigent.

Quod si quis quærat, qui sint isti
Adiaphoristæ, & istæ Syrenes, quas ui-
tandas moneā? Respondeo, omnes in
uniuersum, qui cū nostrā doctrinā me-
diocriter cognouerunt, iā mutationes
suadent, siue in Adiaphora, siue in Inte-
rim, nullū excipio, nec doctū, nec indo-
ctū, nec concionatorē nec laicū, nec do-
minū nec subditū, omnes enim pfecto
malo spiritu in hac parte agitatur. Om-
nes tanq̃ Euangelij Iesu Christi corrup-
tores uitandi ac serio fugiendi sunt.

Extenuet præsentēs mutationes quā-
tū q̃s uelit, nō est certe dubiū, qn̄ ut ipsi
met adiaphoristæ de eis sentiūt, lāguefa-
ciāt ubiq̃, & cōtristēt pios, cōfirmēt ue-
ro impios, & deniq̃ toti Antichristianis
mo aditū patefaciāt, ea si cui parua pec-
cata uidētur, nā ille paru⁹ Christian⁹ ē.

Grauit̄ Paulus monet, ut hæreti-
cū hominem post unam & alteram ad-
monitionem deuitemus, nam uere, ut
ille inquit, huiusmodi κενοφωνοί ad ma-
iorem impietatem festinant, & plane si-
cut cancer latēter serpūt. Equidem uix
unquam

unquam opinor ex tam paruis initijs or-
tum tam late spiritualem istum cancrū
serpsisse, quod clare experientia probare
possemus.

Principio parua nubecula ex infer-
nali Islebij, & quorundam Achitophe-
lorū Abyſſo oriri apparuit. Deinde in
cælum, id est, quosdam summos in Ec-
clesia uiros ascendit. Inde porro, ueluti
ater nimbus calamitosam grandinem
late ac longe per uaria sata, ac cultissi-
ma loca disperſit, adeo ut uix iam loc⁹
inueniatur, ubi pestis ista non ingens
damnum dederit.

Deus bone, quam multos recensere
possem, q̄ primo optime instituti erant,
uidebanturq; uel centuplicem fructum
allaturi, tandem uero non ullis scriptu-
ris aut firmis rationibus rectius edocti,
sed tantum blanditijs, personarum ad-
miracione, & familiaritate Adiaphori-
starum eousq; peste hac infecti sunt, ut
non tantū ipsi ea ægrotent letaliter, sed
etiam subinde plures inficiant, & can-
crum istum, seu lepram quandam lati⁹
propagent, multisq; etiam ualde synce-
ris affricent. Si quærerem ex ipsis, o ciues
ciues, quæ uos sentetia uertit: quibus fir-

A 5 mis ar-

his argumētis impulsū animū tātopere
immutastis? Non possint mihi rationē
sui iudicij reddere, sunt enim ueluti fas-
cino prorsus dementati & excæcati.

Vehementer Iudæis olim Deus in-
terminatus erat, ne ullā maiorem fami-
liaritatem coniunctionemq; cum ethnī-
cis haberent, cuius rei duæ potissimum
causæ erant, altera, quod, sicut nec ho-
mines libenter ferunt, ut eorum amici
cū summis eorū inimicis amicitias ine-
ant, ita multo minus Deus zelator uult
suos cultores suæ religionis corruptori-
bus amicos esse. Alterā uero causam ip-
se sæpe addit, ne mutuo cōmertio & fa-
miliaritate ad idolatrias p̄y p̄trahātur.

Proinde, cum uideamus uerbo Dei
mādari nobis, ut tales spirituales lepro-
sos uitemus, & etiam experiētiā ipsam
edocere Adiaphoristas tū esse tali malo
infectos, tū & alios inficere, summo stu-
dio omnē eorū coniunctionem arctio-
rēq; familiaritatē deuitare deberemus.
Paulus inquit, se cupere uenire ad Ro-
manos, ut eis donum aliquod commu-
nicet, uerum est & piorum hominum
familiaritatē alijs dona aliquatenus cō-
municare, & subuersorum cancrū pau-

latina

latim in alios serpere, atq; ita fiunt ho-
mines cum sanctis sancti, & cum sub-
uersis peruersi.

Semper cæcitatem, stulticiamq; hu-
manæ rationis accusamus, & deplora-
mus, nec tamen unq̃ satis accusare pos-
sumus. Nemo nostrum est, qui, si uel pa-
ter, uel uxor, uel liberi, uel quisuis alius
intimus pessima aliqua scabie labora-
ret, non uitaret contactū, & ab eo con-
trectādo uehemēter abhorreret. At istā
spiritualē leprā istūq; cancrū tā horribi-
liter, tā late serpētē omniaq; æterno exi-
tio corrodentem nihil cohorrescimus.

Vere inquit Paulus, istas inanitates
uocū ad maiorem impietatem profice-
re. Primæ inanitates uocū fuerunt Adi-
aphora, linea uestis, conformitas, ordo,
&c. Sed obsecro ad quā tandē impieta-
tē pgressa est ista pestis? Vsq; ad restitue-
tionē Antichristi in templū Christi, cor-
ruptionē doctrinæ de pœnitentia, arti-
culi iustificationis, & merum Epicureis-
mum. Probant enim Adiaphoristæ ex
sacris literis licere, cū nos maior aliqua
necessitas aut difficultas urget, octo po-
steriora decalogi præcepta transgredi.

Audiui ante biennium magnū uirū.
qui iam

qui iam etiam ista infernali scabie laborat, in publico cœtu differentē de Achitophelibus, his uerbis: Rident nos, in-
quiebat, quod non prorsus Deum con-
tēnere, ut ipsi, possumus, & si quis mul-
tum cū eis uersatur, fit etiam paulatim
epicureus. Cogitabam ego, nā tu mihi
uidere ex propria experientia loqui.

Quare pij homines expurgantur
aliquando tandem, & æquiore lance re-
rum pondera momentaq; examinantes
& mala & bona spiritualia longe carna-
libus præponant. Christus iubet excom-
municare etiam eū, qui separatim pro
se impœnitēter idq; quouis carnali pec-
cato peccat. At Adiaphoristæ non tan-
tum ipsi peccant, sed etiam sunt causa,
ut infiniti alij peccent & spiritualiter cū
Babilonio scorto scortentur, bestiaq;
characterem accipiant. Vere illi faciunt
peccare Israel, ut Ieroboā & alij corrup-
telarum authores fecerunt.

Fatentur ipsimet Adiaphoristæ, ut
admodum saepe ex eorum scriptis pro-
bauī, se languere facere pios, & cōfirmare
impios, seq; Antichristianismo fores
aperire, ut in Ecclesiam Christi reuertat-
ur. Sunt igitur sexcenties maiores pec-
catores,

catores, magisq; excōmunicatione digni, quam aliqui scortatores, adulteri, homicidæ, periuri, &c.

Aperiamus quæso aliquando tandem mētis nostræ spirituales oculos & istos spirituales homicidas & parricidas longe uehemētius detestemur uite, musq; quam illos carnales. Est enim aliquanto maius malū, (ut opinor) Christianorum iudicio, æterna morte mori, quam ista temporali. Trucidant autem Adiaphoristæ nostros in Christo fratres æterna cæde, dum eos suis mutationibus languesciunt & contristant, & in dubitationem inducunt, dumq; fenestras impio papatui fabricant, eumq; restituere adiuuant.

Agnoscamus etiam obsecro, longè maius malum esse contagium spiritualis lepræ, quam carnalis, atq; ideo non ita, tanquam rem leuiculam, paruipendamus. O utinā satis possemus pro dignitate diabolicum istud fascinum, quo Adiaphoristarum omniumq; qui eis adhærent, oculi fascinantur, agnoscere & perpendere.

Conferamus obsecro præsentem animum & actiones istorum, qui ista
Adia-

Adiaphora promouent, cum ea mente,
quam ante annos 5. habuerunt. Confe-
ramus eorum scripta, consilia, & senten-
tias, inueniemus profecto longe alios
esse, quam olim fuerunt. Obstupescemus
certe, si serio perpenderit, quantum
ab illa pristina iudicii animique præstan-
tia degenerauerint, optimoque iure ex-
clamabimus.

Quo uobis mentes, rectæ quæ stare
solebant.

Ante hac, dementi sese flexere ruina.

O utinam nobis oculi aperirentur,
ut istud spirituale malum grassans in Ec-
clesia uere cernere possemus: nam nos ue-
luti horribile quoddam incendiū, par-
uis initijs infernali furiarum face accen-
sum, cerneremus late ac longe uagari, pul-
cherrimaque uiuorum Dei templorum ædi-
ficia corripere, & uastare. Videremus
etiam iræ diuinæ incēdium eosdem il-
los, qui ab infernali malo sibi non ca-
uent prorsus perdere. Qui enim scientes
pestifero errore infici uolunt, eos Deus
facile in reprobū sensum tradi, atque ita
in æternum perire patitur.

Huiusmodi igitur cum incendiis iam
in eos grassari, qui in timore Dei agnitæ
ueritati

ueritati constanter adhærere non uolūt,
tum ex scriptura, tum etiam experientia
cognoscamus: Moneo & obtestor corā
Deo & hominibus, omnes pios meos in
Christo fratres, q̄ simul cū Interimistis
& Adiaphoristis istis infernalibus flam-
mis conflagrare non uolunt, quiq̄ irā
Dei effugere cupiūt, ut ab Adiaphoristis
eorumq̄ blanditijs q̄ lōgissime absint,
eorumq̄ familiaritate & amicitia prorsus
abstineant.

Quæ autē de Adiaphoristis uitandis
eorumq̄ familiaritate fugienda dixi,
ea etiam magis de Interimistis intelligi
uolo: Illi enim manifesti apostatæ sunt,
Turcis & alijs Mahometistis nihilo
meliores.

Vt autem clarius ostenderem, quam
tota Adiaphorica fraus sit & perniciosa
Ecclesiæ, ac ueræ pietati, & tamē nullas
prorsus rei ueritate subnixa, sed sit me-
rum fascinum, atq̄ ideo tum ipsum
malum tum & eius præstigijs authores
prorsus fugiendos detestandosq̄ esse,
ædidi hæc mea scripta omnia simul,
quæ antea separatim prodierant.

Quanquam autem sint rudia, tamē
& pio

& pio studio sunt scripta, & talia sunt,
quæ cupidis ueritatis infernales istas
præstigias ab oculis facile remouere
possint. Iis enim, qui ita ueritatem con-
temnūt, ut aut prorsus nolint rem cau-
samq; præsentem cognoscere, ac tantū
ideo nostra legunt, ut aliquid inueni-
ant, quod cauillentur, neq; ego, neq; ul-
lus unquam Doctor, ac ne ipse quidem
Saluator opitalari potuit.

Dominus Iesus Christus, quem
æternus Pater misit, ut opera Satanæ
destruat, & impium mundum uincat,
conterrat utrumq; sub pedibus Eccle-
siæ suæ, eiusq; infernale istud præsentium
errorum fascinium (quod subin-

de subtilius a magnis artificibus

excogitatur) ad gloriam no-

minis sui & miserorum

hominum salu-

tem abstergat,

Amen.

Magdeburgi 10. Cal. April,

Anno 1550.

Q V O D
HOC TEMPORE NVL-

la penitus mutatio in religione sit in
gratiam impiorum facienda.

Per Matth. Flacium

Illyric.



ST SANE AS-
tutus antiquus ille
Serpens, eius filij, &
etiam ipsorum re-
natorum uetus A-
dam, Caro seu stul-
ta ratio. Nam Sa-
than & impij, cum uident se non pos-
se illa sua horribili specie recta suos fu-
rores & impietates in Ecclesiam Chri-
sti, & piorum conscientias inuehere, in-
duunt formam Angeli lucis, & sub pie-
tatis specie primum se in animos ho-
minum insinuant, ac per uera quæ-
dam, uel certe uerisimilia aditum im-
pio errori patefaciunt. Stulta uero
mortalium sapientia omissa uerbi di-
nini, fideiq; regula, suo iudicio omnia
B metiens,

metiens, facile eiusmodi amabili specie se aperit, ac tam diu ratiocinando pergit, donec terq; quaterq; per suas ratiocinationes stulta fiat. Atq; hæc tam artificiosa Sathan cum ueteri Adamo, in suum ipsorum exitium machinantur. Nam Deus non decipitur, nec deridetur. Omnium temporum exempla huius fraudis inueniuntur plurima, sed nos præsens dolor, lachrimaq; urgent, ut ad nostrarum calamitatum considerationem properemus.

Vbi uiderunt Diabolus, manifesti ueritatis aduersarij, & falsi fratres, non posse imaginem bestiae, id est, **INTERIM**, omnibus Ecclesijs Christi pro palam obtrudi, coeperunt struere insidias ueritati, & cuniculos agere. Proponunt enim primum quædam & διαφωρα, ut ipsi uocant, ut de ieiunio, quædam ueteris confirmationis similitudine, observatione quorundam festorum, campanarum pulsatione, ac quibusdam alijs nugis, quo siue ea acceperimus paulatim assuefaciant populum ad mutationem in maioribus rebus faciendam, & eo ipso facto testemur **INTERIM**

TERIM & Papatum esse recipien-
dum. Siue non acceperimus, contenti-
osi homines esse, ac de rebus minimis
rixari uideamur, proptereaq; odio dig-
ni & puniendi.

Nos autem eorum hanc sapienti-
am confutandam, & confundendam
DEO omnipotenti proponemus, qui
capit sapientes in consilijs suis, ac ali-
quot argumentis probabimus, non es-
se permittendum, ut hoc tempore ullæ
mutationes in religione fiant.

Vtinam autem iam saltem nos, qui
pij esse uolumus, Reuerendi patris Mar-
tini Lutheri, piæ memoriæ, constantem
fidem imitati, plus Deo credere quam
hominibus, plus Deum timere, quam
homines possemus: Tunc haud dubie
ministerium Euangelij longe melius se
haberet, quam nunc habet, sicut ipsius
R. Patris foelicissimum curriculum fu-
isse uidimus. Nam primum, & DEUS
nos ueluti manu apprehensos filiolos,
per istud difficillimum iter prædicati-
onis Euangelij ducaret, & nobis esset
in animo illustre discrimen inter uerū
ac falsum, sequendum ac fugiendum.

B 2 Iam

Iam uero & DEus, nos ipsi diffi-
dentes, humanaq; auxilia circumspe-
ctantes ferme negligit, & tristis quidam
timor, ueluti densa nebula omnes co-
gitationes nobis ita perturbat, ut uel
uix uerum a falso dignoscere possimus,
uel certe uerum, minus uideatur nobis
esse uerum, quam antea uisum est, &
falsum minus falsum, quam antea.

Quo autem rectius & nostrum
præsentem statum & auxilium, si quod
afflictis rebus afferri queat, cognosca-
mus, uolumus breuiter conferre Pe-
trum, per mare ad Christum ambulan-
tem, cum horum temporum Euange-
lij preconum curriculo. Sæpe enim
hæc duo admodum similia mihi esse
uidentur. Nam quemadmodum pri-
mum Petrus latus e naui, in Mare se
proicit, & per undas ad Christum, ni-
hil aliud, nisi eius uerbum in oculis &
in animo habens, festinat. Sic Marti-
nus noster tertius Helias fide corrobo-
ratus, ex mundo persecutionibus ca-
rente, ueluti ex tuta quadam naui, in
tempestuosum mare, & omnigena pe-
ricula profiliens, ad Christum hilari
fronte

ff-
pe-
am
co-
ul-
us,
bis
&
um
od
ca-
De-
n-
ge-
im
ffe
ri-
se
ni-
&
ti-
o-
a-
in
e-
ri
te

fronte cucurrit. Et quoniā contempto
Mari uentis, undis & terribilibus mon-
stris Pelagi, Solam uerbi Christi Cyno-
suram in suo curriculo spectauit, ideo
foelicitissime tandem ad Dominum Je-
sum in portum peruenit, ubi latus iam,
deuicto Diabolo, Antichristo & toto
mundo, cum Christo Domino suo tri-
umphat.

Deinde sicut Petrus, cum aliquan-
tum progressus esset, semineglecto uer-
bo Domini, incepit mare, uentos &
& undas circumspectare, ac Christo
diffidere, ita & nos quoq; post mor-
tem, piæ memoriæ Doctoris Martini,
contempta eius foelici nauigandi rati-
one, cuius tam diu spectatores fuimus,
longe alia ratione nauigare incepimus,
quæ qualis sit, quod & nota est, & me
ualde parum delectat, iam prolixius
non commemorabo. Illud profecto
uerissimum est, nos perinde, ut Petro
acciderat, ad mentum usq; in undas
demersos esse.

Quare utinam iam saltem cum
tertio (ut ita dicam) Petro saperemus,
si cum primo præ nimia carnis pru-

B 3 dentia

dentia nosuimus. Qui cum uidit se sua
stulta carnis prudentia in ipsissimum
exitium incidisse, abiecta ea, ad fidem
in Christum propere recurrit, auxilium
eius supplex implorauit, atq; ita miseri-
cordia seruatoris inde extractus est, quo
se ipsum humana sapientia præcipita-
rat.

Age igitur tandem & nos recorda-
ti reuerendi Patris nostri D. Martini
Lutheri, piæ memoriæ, qui neq; timuit
homines, neq; confidit in homines, dis-
camus Patrem Domini nostri I E S V
Christi, ardenter & sine intermissio-
ne inuocare, ex eoq; solo toto corde pē-
dere.

Accurret profecto & ipse ad nos
iam extreme periclitantes, nosq; ex hoc
profundo mari, in quod magna ex
parte nostrapte culpa incidimus, in
crepitis uentis & undis, mari, ac mon-
stris marinis, extrahet.

Atq; hæc cum eo commemorauit,
ut in omnibus nostris consilijs & acti-
onibus, hoc tristi tempore, ex solo
DEO pendere discamus, tum etiam,
ut in his deliberationibus, quæ iam de
mutan-

mutandis quibusdā nostræ religionis
partibus proponuntur, solum Deum,
ac eius uerbum ob oculos habentes, cō-
stanter ueritatem tueamur, ac ne mini-
mā quidem eius partem in gratiam
Diaboli & Antichristi, aliorumq; im-
piorum, abijcere præsumamus. Sed
iam ad promissarum rationum enu-
merationem ueniamus.

I.

Prima ratio est, quia sæpe præci-
pit Aristoteles, cauendas esse par-
uas legum ac politiarum labefa-
ctationes, quod illæ quantumuis paruæ
mutationes, & assuefaciunt ciues ad
mutandum plura maioraq; & sæpe res
minimæ, ut in speciem uidentur, maxi-
morum malorum sunt causæ.

Nemo autem sanus iam dubitare
potest, quin nostri ac ipsius Dei hostes,
siue illi sint manifesti, siue occulti, id
est, falsi fratres, quærant totius ueræ pi-
etatis subuersionem, nostrarumq; op-
time constitutarum Ecclesiarum euer-
sionem.

B 4

Quare

Quare quicumq; Ecclesijs Christi,
gloriæ Dei & propriæ conscientiæ re-
cte consultum uolent, cauebunt uas-
istas (etiamsi uidentur paruarum re-
rum) mutationes. Non sine causa di-
ctum est, principijs obsta. Et principi-
um plus est dimidio.

II.

ANtichristus, Diabolus, & alij im-
pii, concessis his paruis, nullo
modo placabuntur. Nam nec
in INTERIM pro his magnopere
contenditur, & sunt etiam inter hostes
Theologi, qui uident, ubi sint nerui
doctrinæ, & in quibus res tota sita sit.
Inprimis uero ipse Diabolus, qui toti-
us eorum ædificij architectus est, hoc
optime nouit. Hi profecto nobis nul-
lo modo eos doctrinæ neruos liberos
relinquere uolent.

III.

STatim immutatis quantumuis par-
uis aliquibus, & Papistæ & etiam
nostri imbecilliores clamabunt,
nos recepisse INTERIM, nempe
qui

qui & iam talia de nobis mentiuntur
ac suspicantur, quorum clamoribus
profecto necesse erit, siquidem Chri-
stū confiteri uoluerimus, sæpius respon-
dere, ac testari editis scriptis, nos non
recepisse **I N T E R I M**, qua ratione
decuplo plus Cæsarem offendemus,
quam per quarundam mediocrium re-
rum mutationem placabimus.

Sed age, omisfis consecuturis dif-
ficultatibus, ipsum principium negotij
paulo diligentius consideremus. Cu-
piam profecto audire ex istis reforma-
toribus, quanam ratione rem inchoare
uelint, neq; enim sine ingenti difficul-
tate uel incipere possunt. Nam si non
uolunt uideri penitus abnegasse Chri-
stum, plane necesse erit eos statim edere
aliquod scriptum, quo reddant ratio-
nem sui consilij, factiq; totis Ecclesijs, &
singulis pijs, acerrime eos coram om-
nipotenti Deo, de ista turpissima defe-
ctione accusaturis. At quis obsecro is
scriptor erit? nemo certe uere pius tam
parui facere poterit hoc tantum scan-
dalum, & iram Dei, ut ei conscientia e
manibus calamum ac chartam non ex-
cutiat.

B s

Quid

Quid autem dicet? nemo erit pro-
fecto tam bonus orator, ut hanc tam
pessimam causam tueri possit. Ac di-
cat sane boni aliquid, tunc sequetur
offensio Cæsaris longe maior, quam
placatio per istas Cæremoniarum con-
ciliationes. Neq; tamen omne scanda-
lum istarum mutationum sustulerit.
Nam neq; legent omnes istud scrip-
tum, & paucissimi assentientur ei. Mu-
tationes autem nostrarum Ecclesia-
rum omnibus innotescunt. Ita quo-
quo se uertant, ingentes difficultates
eis occurrent. Si nullum scriptum
edent, tantum erit scandalum, quan-
tum uix aliud inde a condito orbe ter-
rarum. Si aliquod non pessimum e-
dent, tum certissimum est, Cæsarem eo
summe offensum iri, quod tamen ip-
sum scriptum impossibile est, ubiq;
scandalum, ex istis mutationibus or-
tum, tollere. Nam, ut dixi, & legent
pauci, & pauciores eis assentientur.
Proinde si sapiemus, cauebimus pro-
fecto istas exitiales angustias, ex qui-
bus nos nullo modo extricare poter-
mus.

Cum

Cum Diabolus una cum suis sint
 θεαοὶ πολλοί, quanto uidebunt nos
 plura concedere, tanto illi plura
 petent audacius. Experientia nos doce-
 re potest, eos esse tales. Nam D. Marti-
 num, piæ memoriæ, timuerunt, nos
 contra contemnunt. Huc accedit eti-
 am, quod cum uulgus Papistarum sint
 tales culicum percolatores, ut eiusmo-
 di cæremonias maximi faciant, plane
 non dubitabunt, quin, qui tantas res eis
 concesserimus, facile simus eis, si uehe-
 menter urserint, etiam reliqua conces-
 suri. Ego profecto non dubitarim affir-
 mare, nos nostra timiditate magnam
 partem ipsius **I N T E R I M** fabricasse,

V.

Christus dicit, melius esse alligata
 mola asinaria, in profundum ma-
 ris præcipitari, quam unum mini-
 mum Christianum scandalizare. Cer-
 tissimum autem est, nullam posse
 iam in hoc statu rerum, uel mini-
 mam mutationem, idq; præsertim in
 maloris

maioris authoritatis Ecclesijs, institui,
sine maximo non unius, sed multo-
rum, ac pene infinitorum hominum
scandalo.

Illud probe considerare debemus,
quod Aristoteles inquit. Vulgus di-
dicare non posse. Quam multos iam
pulsu campanarum, quam multos for-
mulis orationum, quam multos alijs,
nescio quibus scriptis offensos uidimus
& uidemus. Vulgus semper est imperi-
um, externa signa magis quam res ip-
sas aspicit, & præterea conscientia nihil
est tenerius.

Rides tu forte, qui es robustior,
huiusmodi scrupulosos imbecillos. At
scias pro eis Christum esse mortuum,
tibiq; eos, si quid charitatis habes, fe-
rendos præcepiss. Nec potest certe ne-
gari, quin huiusmodi mutationes hoc
tempore, quo constantia in confesio-
ne requiritur, sint certa & uera timidi-
tatis & inconstantiae indicia, atq; adeo
defectionis a ueritate.

VI.

Cum

Cum ista sint metus & leuitatis signa, certissimum est, ea esse maxime fugienda. Nam metu nostro hæc tria maxima mala effcimus.

Primum hac nostra diffidentia Deum offendimus. Secundo, Diabolo & hostibus, qui sunt *θεράπονται*, animum augemus. Postremo nostrorum constantiam frangimus. Decet igitur nos, ueluti duces suis militibus in aciem progredientibus, fortitudinis paratque ad moriendum pro optima causa animi, signa præbere, nullisque uel minimis gestibus, animos eorum frangere. Nam quemadmodum ex alacritate ducis pendet animus militum, ita constanti Doctorum confessione, animi auditorum confirmantur, contrarioque perterrefiunt & cedunt.

VII.

Paulus acerrimus Christianæ libertatis defensor uult, Rom. 14. nos contra libertatem quædam facere, ne offendamus imbecillos. Nos uero, pro dolor, e conuerso uolumus aliqua contra libertatem Christianam
facere

Cum



facere in gratiam Antichristi, ut pusillos Christi scandalizemus. Hinc perpendamus, num nos recta ad ueritatem Euangelij incedamus, cum plane contraria Paulo facere cogitemus.

VIII.

Clamat Paulus. In libertate, in qua uos Christus collocauit, stete, & iugo seruitutis ne implicemini. Quare nullo modo negligenda est libertas Christiana in illis ἀνθρώποις, sed usu constanti libertatis, pios testari ex mandato Dei oportet, se ab eiusmodi humanis traditiunculis liberos esse, praesertim cum scandalum iam non postulet, ut libertatem negligamus, quin potius postulet, ut eam immotam retineamus.

IX.

Sicut, si Turca, cuius Tyrannis nostris ceruicibus imminet, peteret a nobis, ut in aliquibus ἀνθρώποις rebus, ad eius Mahometismum nos accommodaremus, faciendum id nullo modo esset, ne & eius impietatem, tanquam

tanquam bonam confirmaremus, & multos imbecillos Christianos scandalizaremus: Sic etiam nunc in gratiam Antichristi nihil faciendum est, ob prædictas causas. Quæ enim communicatio lucis cum tenebris? Belial cum Christo? Imo hoc potius agendum esset, ut nos ab Antichristi Ecclesia, quam maxime fieri potest, seiungere-
mus.

X.

DEVS uult esse inimicitias & rixas inter semen mulieris & serpentem, inter Christum & Diabolum, inter Apostolos & Phariseos, inter ueros Christianos & Antichristianos. Proinde uideant isti nimium sapientes, ne dum uolunt pacem inter has duas partes facere, magis in hostium castris, quàm in Christi uersentur, magisque destruant opus Dei, quam ædificent.

XI.

Certissimum est, quod in gratiam Diaboli nihil penitus sit faciendū. Nam quicquid in gratiam Diaboli

boli facimus, hoc contra DEum facimus. Verum certe & illud est, quod quicquid in gratiam Antichristi & aliorum impiorum, manifestam ueritatem oppugnantium, facimus, id in gratiam Diaboli facimus. Nam & architectus totius negocij est Diabolus, ut dictum est, & ipsi quoque agnitam ueritatem persequentes, sunt incarnati Diaboli, prominent eis etiam duo prægrandia cornua ex capite, quibus Ecclesiam Christi uexant, nempe mendacium & homicidium, quæ, teste Christo, sunt genuinæ Diaboli notæ.

XII.

Sicut latronum aliorumue pessimorum hominum etiam uestes ipsas odio habemus, quæ tamen nihil peccarunt, adeo ut eas nemo honestus libenter uelit induere. Ita iam (quod constat) Papistica istæ notæ, ac signa sunt in odio. Si igitur ea in usum reducere uoluerimus, reddemus & nos, & etiam ipsum ministerium omnibus hominibus summe exosum, quod quā parum ad pietatem proffit, nemo non uidet, Certis-

C
etiam
error
non
piet
stiani
mati
caren
tire, ea
piet
etiam
turba
statio
dum
quid
Pasto
sectat
ctus ef
isti co
agitat
homin
& uos
suo ho
turbet

XIII.

Certissimum abusum hæc secum
 adferent, cogitabunt enim sic
 multi imbecilli, qui uel uix, uel
 etiam nondum omnino ex Papisticis
 erroribus extricati sunt. Profecto hæc
 non reciperentur iterū, nisi aliquid ad
 pietatem facerent. Non ita multi Chri-
 stiani sunt tam probe eruditi & confir-
 mati, ut, continuo istarum *ἀδυσφόρων*
 caeremoniarum usu, non incipiant sen-
 tire, eas esse uel necessarias, uel certe ad
 pietatem ualde utiles. Habebunt hæc
 etiam miseram conscientiarum per-
 turbationem, & Spiritus sancti contri-
 stationem. Cogitabunt enim admo-
 dum multi miseri homines. Nescio
 quid credere debeam, hætenus meus
 Pastor Papatum uehementissime in-
 sectatus est. Iam uidetur mihi & ipse fa-
 ctus esse Papista. Videntur mihi omnes
 isti concionatores esse arundines uento
 agitatae. Videte igitur, ne miserorum
 hominum conscientias perturbetis, ne
 & uos **D**ominus Iesus in extremo die
 suo horribili aduentu & iudicio con-
 turbet.

C Doctor

XIII.

DOctor Martinus, piæ memoriæ,
in prima parte contra cœlestes
Prophetas prolixè docet, conten-
dendum esse, ne nobis Hypocritæ res
& διαφόρους, uel seruatu, uel omisso neces-
sarias faciant. Atq; ideo dicit se quas-
dam ueteres cæremonias seruare, ut te-
stetur contra Carostadium, & alios
eius complices eas posse libere retineri,
Ideo dicit etiam Paulum circumcidis-
se Timotheum. Titum uero noluisse
circumcidere. Vide locum, &c. Vti-
nam huius tanti uiri doctrinam & fi-
dem sequi, quam calumniari malle-
mus.

XV.

Profecto alio tendunt istæ delibe-
rationes, quam fortasse nos som-
niamus. Dicam enim uerum, idq;
paulo liberius. Hoc agitur, ut hæ Ec-
clesiæ, Scholæ & personæ, ubi & a qui-
bus ueritas orta est, primæ in aliquibus
saltem maxime conspicuis, errorem re-
cipere incipiant, quo, cum hoc factum
fuerit,

fuerit, alij ut Ferdinandus & Marchio,
possint meliori prætectu, maiora, imo
nero omnia in regionibus suis subuer-
tere. Quod si factum fuerit, nihil est cer-
tius, quam & nobis statim omnia im-
mutanda esse. Quod nos, si modo no-
bis nostra, & aliorum æterna salus, ac
Dei gloria plus curæ est, quam breuis-
sima aliqua huius miseræ uitæ com-
moda, omnibus modis cauebimus.

O B I I C I V N T quidam, qui
maioris terrena, quam cœlestia faci-
unt, imminere magnas bellorum cala-
mitates, quibus respondemus, esse ual-
de stultum putare, quod homines sibi
placando, & Deum offendendo, sit
possibile effugere bella, uel alia quæ-
cunq; mala.

Huius stulticiæ insigne argumen-
tum esse possunt Iudæi, qui ideo Chri-
stum crucifigebant, ne uenirent Roma-
ni, & tollerent eorum imperium &
gentem. Quā enim pulchre effugerint
id malum, res ipsa eos postea docuit.
Offendi autem per hæc **D E V M** in
præcedentibus abunde probatum est.

Obijciunt ijdem esse hæc indiffe-
rentia, & ob parua non esse rixandum,
neq; periclitandum. Contra uerissi-
mum est, nihil esse ἀδύνατον in casu
confessionis & scandali, quorū utrūq;
iam cum istis mutationibus est con-
iunctissimum. Nec sunt parua ista, per
quæ tu interficis eum, propter quem
Dominus Iesus est mortuus. Quantil-
lum erat, quod Petrus uel cum Iudæis
uel cum Ethnicis comedebat, aut nō
cōmedebat, tamē, q̄a erat coniunctum
cum scandalo, Paulus dicit, id esse non
recta incedere ad ueritatem Euangelij.

Solent quidam homines & ita cō-
temptim de Deo sentire, ut eis res ma-
xime ad religionem pertinentes, mini-
mi momenti esse uideantur, & præter-
rea tā Diabolica audacia præditi esse,
ut religionem pro libitu inuerrere, &
ad suam utilitatem accommodare nō
uereantur. Sed Christus non ita de uer-
bo Dei sentit, qui negat uel unicum io-
ta, uel etiam apicem de lege, perituum
esse. Ac grauitur minatur ei, qui ausus
fuerit unum de minimis Dei mandatis
soluere, quiq; Dominus Iesus omnia
tristis-

tristi
plere
I
nota
uel p
enim
Quo
totar
derit
mun
litige
nimis
maxi
Talia
sent h
pienc
bis ab
ποσα, f
pona
σα, se
pietas
non f
sunt,
C
illa su
tus D
doqu

tristissima perpeffus est, ut scriptura im-
pleretur, ut ipse sæpe repetit.

Res nequaquam parvæ sunt istæ
notæ externæ, ut hominibus politicis
uel prophanis potius videntur. Non
enim sine causa clamat Paulus ad Gal.
Quod quicumq; circumciditur, debeat
totam legem servare, & ex gratia exci-
derit. Videmus quam isti sapientes
mundi huius, sæpe de minimis acriter
litigent. Vident nimirum sæpe in mi-
nimis (ut videntur) negociolis, magna
maximarum rerum momenta sita esse.
Talia & hæc iam sunt. Sed etiam si es-
sent hæc ἀδύποξα, quæ iam nobis acci-
pienda proponuntur: Tamen, cum no-
bis ab imperatore, non tanquam ἀδύπο-
ξα, sed tanquam cultus necessarij, pro-
ponantur, non sunt amplius ἀδύπο-
ξα, sed plane impia. Est enim tam im-
pietas statuere, aliqua esse cultus, quæ
non sunt, quam aliqua non esse, quæ
sunt.

Quare cum nobis ista, quæcunq;
illa sunt, proponantur tanquam cul-
tus Dei, cum non sint cultus, & quan-
do quidem cum eis est coniuncta abne-

gatio & scandalum, nullum est dubi-
um, quin sit summe impium, ea acci-
pere. Nec prodest hic ridere Deum ac
dicere, illi ea mihi proponunt tanquā
cultus, ego ea recipiam tanquam *ἀδύνατον*
φασκε. Non enim ualet Sophistica in
conscientia, & confessione.

Legitur sæpius in Historijs Marty-
rum, quod, cū ab Ethnicis multi Chri-
stiani trucidarentur, sæpe acciderit, ut
ipsi satellites tantæ lanienæ iam pertesi
aliquos Christianos abreptos, ui ad
Aras protraxerint, proclamarentq; falso
eos sacrificasse. Verum negasse id clara
uoce Christianos. Atq; ita sunt suppli-
cio affecti, qui, si tacuissent, effugisse po-
terant.

Stulti fuerunt dices, quid enim eis
alienum mendacium, obesse poterat?
Verum sane sit, Sed tamen illi cum sua
stulticia sunt saluati, tu uero cum tua
prudencia damnaberis.

Obijciunt rursus nos non debere
ad iudicium uulgi nostras actiones ac-
commodare, sed sapientum. Recte hoc
suo loco dicitur, sed iam respondeo
magis habendam esse rationem uni-
us im-

us in
sticu
reor
prec
De

Q
rum
se ui
posu
igno
& u
cetu
exter
Eth
preh
iusti
Tur

si D
pen
rint
nos

us imbecilli pij (sit sane uel minimus rusticus) quam decem sapientum Epicureorum. Nolite contemnere piorum preces, qui contra nos orabunt, & ad Deum gement.

XVI.

Quam acriter Deus per Prophetas reprehendat Iudeos, qui admirati potentiam Assyriorum, & aliarum peregrinarum gentium, ad eorum se uictum & uestitum imitandum composuerint, nemini sacras literas legenti ignotum est. Neq; id sine causa, nam & uult Deus suum coetum a Diaboli coetu penitus seiunctum esse, & illa ipsa externa signa fuerunt certae animi, in Ethnicismum degenerantis, notae. Reprehendimus & nos hoc tempore, idq; iustissime, eos, qui uel Hispanicum, uel Turcicum uestitum sunt imitati.

Iam quaeso, nos etiam cogitemus, si Deus illis iratus fuit, quod se in illis penitus externis ad Ethnicos aggregauerint, quomodo erga nos erit affectus, qui nos ad Antichristi coetum iam toties a no-

C 4 bis,

bis, quin potius ab ipso Christo con-
demnatum, aggregare cogitemus, idq;
in rebus ad religionem pertinentibus.
Nec etiam cuiusquam conscientia ne-
gare potest, quin hæc ipsa sint animi in
papatum paulatim declinantis indicia
minime obscura.

Vt igitur Deum ipsum iratum nō
habeamus, obsecro, ne nos impijs & se-
culo huic conformemur, aut eorum
gratiam cum tam multiplici damno
& impietate ambiamus.

Postremo omnium hominum
oculi in nos coniecti sunt. Nihil uel mi-
nimum Diabolo cōcedere poterimus,
quin & impij glorientur, & imbecilli
suspicientur, nos eis plurima uel potius
omnia concessisse. Si omnino uult
magistratus mutare aliquid, mutet sa-
ne. Nos ei non assentiamur. Pronun-
ciet ipse sua dogmata in foro per pre-
conem, non concionator ex suggestu.
Satis superq; scandalorum est, quæ si
quos non mouent uehementer, profe-
cto sunt Adamante duriores, & ne mi-
cam quidem pietatis in se habent.

Obsecro,

Obsecro omnes meos dominos,
& fratres in CHRisto dilectissimos, ut
credamus id, quod & sæpe in sacris li-
teris legimus, & toties his annis 30. ocu-
lis nostris uidimus, & proprijs manibus
contrectauimus. Maledictum eum es-
se, qui confidit in homine, & Domini
soli esse salutem.

Obtuli hoc scriptum D. Maiori
8. Nouembris Anno, 1548. paranti
cum cæteris professionem ad Cellen-
sem conuenticulum, eiusdemq; aliud
exemplar ad Georgium Anhaltinũ.

Cellam cum Epistola misi.

Impressum autẽ est cũ se-
quenti decem diebus

ante Pascha

Anno

1549.

CONTRA QVODDAM
SCRIPTVM INCERTI AV-

toris, in quo suadetur mutatio pia-
rum cæremoniarum in Papi-
sticas. Per Matth. Flaci-
um Illyri-
cum.



VLCHRE DE-
scribit impiæ doctri-
næ, ac etiam ipsorum
pseudoprophetarum
naturam, & ingeni-
um Paulus, cum di-
cit eos clam subintra-
re, & serpere ueluti Cancrum. Nam ut
taceamus, quam multis clandestinis,
fraudentis, ac plane Hispanicis con-
uenticulis & consultationibus hoc tem-
pore impij ueræ Christi religioni infi-
dientur, exitiumq; moliantur, iam scri-
pta quædam latina clam, non impressa
sparguntur, quibus impiæ mutationes
piarum cæremoniarum & rituum in
Antichristianas, & ipsissima inconstan-
tia suadentur,

Causam quare clam potius spar-
gantur,

gantur, quam publicentur, facile est sci-
re. Fugit enim mendacium lucem, &
ueretur, ne sit, qui eius falsitatem coar-
guat. Interea tamen multum mali effi-
ciunt, mittuntur enim præcipue Eccle-
siarum Pastoribus, quibus subuersis, fa-
cile sperant se etiam ipsas oues ad se
pertrahere posse.

Quis author sit, non magnopere
iam ero sollicitus. Partim enim nulli
tituli huiusmodi scriptis additi sunt,
partim a quibusdam fraudulenter quot
rundam magnæ authoritatis uirorum
nomina supposita esse suspicor. Cum
igitur huiusmodi scripta non paucos
pusillos Christi subuertant, pio, quod
Deus nouit, studio motus unius præci-
pui scripti, cuius hoc est principium
(IN TANTA ECCLESIA RVM
MOESTITIA ET DISSIPA-
TIONE, &c.) argumenta confutare
conabor, quanquam eadem propemo-
dum sunt & aliorum argumenta.

Non est autem difficile homini
medioeri Christianæ religionis cogni-
tione, & communi iudicio instructo,
de hoc scripto pronunciare, ac falsitatē
eius

eius coarguere, si modo constanter hanc
hypothesin retineat. **PLVS ESSE**
TIMENDVM DEVM QVAM
HOMINES, ET PRIMVM
ESSE QVAERENDVM REG-
NVM COELORVM, &c. Nam
qui primum & praecipue ventris com-
moda quaerunt, ac magis homines qua
Deum timent, *ijs* & timor humanus
veri iudicium adimit, & etiam cum ui-
dent aliquos errores & sophismata, ta-
men metu perculsi, meliora uidentes,
ultro deteriora sequuntur. Ratio au-
tem, cur non sit difficile de hoc scripto
iudicare, haec est. Quia cum & alios
multos, eosque conspicuos errores conti-
neat, de quibus postea, tum ipse scopus
scripti plane manifesta reprehensione
dignus esse cernitur. Nam fatetur pri-
mum mutationes istas afferre haec se-
quentia incommoda, contristationem
bonarum mentium (quod idem est, ac
si diceret plenius, contristationem Spi-
ritus sancti in bonis mentibus) confir-
mationem aduersariorum in sua im-
pietate ac furore. Denique languefactio-
nem ac inductionem in dubitationem
multo.

multorum piorum. Quæ mala, si cui parua uidentur, cum ingentia uel potius summa sint, ille sane parum uel nihil adhuc in pietate Christiana proficit. Nihilominus, his ipsis tantis malis & scandalis neglectis, suadet author scripti mutationes ob spem (ut ipsemet fatetur) incertam retinendæ pacis ac tranquillitatis.

Hic quæro a pijs hominibus, num satis sani hominis (ne dicam pijs Christiani, aut eruditi Theologi) consilium esse uideatur, suadere, ut ob incertam spem pacis hæc tanta scandala admittantur: Quanquam esse hæc spem longe uanissimam abunde nos cum furor aduersariorum, ubiq; in Ecclesias Christi grassantium, tum & literæ Cæsaris ad Mansfeldenses, & alios scriptæ (si modo uellemus) edocere possent. Cum igitur ipse scopus mutationum adeo penitus prauus & falsus sit, facile intelligi potest, quid & de mutationibus, & de scripto mutationes suadente sentiendum sit. Sed iam ordine de ipso scripto, ac primum de hypothesis, quam a principio ponit, dicamus.

Negat

Negat scriptor se de priuata confessione loqui, sed de consilio, quod aliis infirmis in cōmunione datur. Quasi uero non multo magis referat, ut integre Ecclesie confessionem Christi inuiolatam retineant, quam singuli homines. Hic iam tacebo quod Ecclesia per hoc consilium scindatur, dum fortiores ab imbecillioribus seiunguntur.

Quæro autem, qui sint isti infirmi, qui ab istis medicis consilium expectant. Subditi certe magistratum nihil tale postulant (ut apparet ex Misnensis & Francici Principatus conuentibus) quin potius contrarium flagitant. Vituperant molliciem doctorum, ac queruntur eorum timiditate religionem prodi. Domini ac consiliarij eorum itidem infirmi appellandi non sunt. Fautentur enim isti ipsi mutationum fautores, eos uere malos esse, ac totius doctrinæ euerisionem quærere.

Proinde uerendum est, ne isti ipsi medici sint illi infirmi, quibus medicamen paratur. Et simul illud quoque hic ob-

hic
suac
eius
sint
ubiq
esset
di fu
stant
centr
instr

obli
mag
quen
muta
hiber
damp
prop
quan
si uer
priua
cos, e
mult
tare i
ipsur
dalis
confi

hic obseruandum est, quod quicquid
suadet author scripti alijs, id. tanquam
eius confessio accipiat. Deinde, ui
sint aliqui imbecilli, qui sunt plurimi
ubiq, horum profecto imbecillitas nō
esset augenda, sed sananda. Animā
di fuissent eiusmodi homines ad con
stantiam, & non enervandi, ac ueluti li
centia ad abnegandum Euangelium
instruendi.

Miror autem, quod scriptor, quasi
oblitus eorum, quæ in principio de
magnitudine malorum mutationes se
quentium dixit, comparat resistentes
mutationibus cum Laurentio non ex
hibente pecunias Decio, & cum quo
dam priuato homine ob esum carniū
prope Basileam combusto, eosq; tan
quam stoicos & horridos accusat. Qua
si uero dedere pecunias, ac non edere
priuatim carnes idem sit, quod publi
cos, eosq; ædificationi utilissimos ritus
multarum Christi Ecclesiarum immu
tare in contrarios. Quod fit (ut scriptū
ipsum concedit) cum his tantis scan
dalis contristatione piarum mentium,
confirmatione aduersariorum in sua
impietate

impietate ac furore, & deniq; multo-
rum piorum languefactione, & in du-
bitationem inductione. Atq; ijs tantis
malis resistere, duri & stoici hominis
esse dicit.

Abutitur quoq; Sophistice Petri
testimonio, **PATIENTES VBI
OPVS EST** (quanquam hæc uerba
non sunt Petri, sed est 1. Petri 4. Pati
nos debere tanquam Christianos, non
tanquam facinorosos) Quasi uero istis
tantis malis repugnare non sit res plus-
quam necessaria & plane dignissima,
pro qua quisq; pius pati debeat. Vel
quasi etiã nunc non hoc agatur a Mo-
narchis, ut hoc ipso facto doctrina ab-
ijciatur. Nam reliqui magistratus sunt
tantum satellites Monarcharum. Quic-
quid agunt, in eorum gratiam agunt.
Quod autem quædam bona uerba
subditis dant, fallendi studio faciunt.
Quorum fraudibus, ut resistamus,
Christus iubet, inquit, Estote pru-
dentes sicut serpentes.

Hic etiam de illa celebri ac plane
Catholica hoc tẽpore sententia (Vnũ-
quemq; proprio periculo debere con-
fiteri,

fiteri
quid
cum
cion
ricul
cultu
est.
Chri
ut gla
E
non
docea
Chri
urbe
feceru
M
docto
lantes
pellat
conta
sa op
& deu
tamen
quam
enim
illud
C

ultor, & nemini esse causa periculi) aliquid dicendum est. Hæc sententia cum sic nunc intelligatur, quod concionatores non debeant esse causa periculi auditoribus, dum constanter istis cultuū corruptelis resistunt, falsissima est. Effet enim alioqui plane iniustus Christus, qui dicit, se uenisse in terram, ut gladium mitteret, non pacem.

Breuiter igitur respondeo, si quis non uult esse causa crucis alijs, is non doceat eos Christum. Sed hoc agat, ut Christus una cum sua cruce ex ipsorum urbe & regione pellatur, ut Gergesenī fecerunt.

Multum insectatur constantiores doctores, eosq; stoicos *ἡσυχασταί*, constantes culicem, &c. Contumeliose appellat, resq; optimas pessimis uerbis contaminat, ut fit, quando bona causa oppugnatur. Si qui colant culicem & deuorant camelum, nō laudo, quod tamen non minus timidi doctores, quam constantiores faciunt. Oportet enim hoc facere (ut Christus inquit) & illud non prætermittere.

Comparat etiam istum durū Stoicum cum

icum cum illo suo modesto Academi-
co, uel potius Epicureo, his uerbis. Et
cogita, uter male faciat, an ille durus &
horridus, qui, ut retineat laudem con-
stantiæ, mauult Ecclesiam deferere, quã
uestem mutare, &c. Quasi uero præ-
cipuum inter istas mutationes sit mu-
tatio uestis, & non insint in Lipsico In-
terim, & alijs eius fratribus, alia centies
magis impia. Vt taceam scandalũ, ab-
negationem ueritatis, occasionem ma-
iorum errorum, quæ omnia sunt etiam
minimis mutationibus hoc tempore
coniunctissima.

Quid igitur eiusmodi sophismati-
bus paruulos Christi seducere conan-
tur? Tale sophisma est etiam illud, cum
seruitutem & crucem appellat appro-
bationem istarum impietatum. Sed
non est crux accipere characterem An-
tichristi, uerum summa impietas, iam
olim in Apocalypsi per spiritum san-
ctum damnata.

Sæpe repetit, se probare istas mu-
tationes, si hoc modo retineri possit
doctrina, & uitari uitiosi cultus, quasi
uero istæ ipsæ Papisticae caeremoniæ
non

non
tuum
ista
nam
calam
muta
fueru
Lipse
quod
abusu
libert
tichri
mon
tem
remo
men
seruit
tradi
stiana
moni
dem
gradu
remo
clare
Mosa

non sint pars maxima uitiosorum cultuum.

Deinde quantum sint profuturæ istæ mutationes ad retinendam doctrinam, facile nos aliarum Ecclesiarum calamitas erudire potest, ubi minores mutationes tantum fenestra & occasio fuerunt maximis. Sed est in quadam Lipsensium Theologorum Epistola, quod licebit in genere cæremoniarum abusus reprehendere. O præclaram libertatem, id etiam Romæ coram Antichristo licet. Sed quis generali sermone rite eruditur?

Negat author scripti, tolli libertatem Christianam per receptionem cæremoniarum, & iugi Papistici, cum tamen ubiq; mutationem istam appellet seruitutem, in quibus est manifesta cōtradictio. Adhæc dicit libertatem Christianam non pertinere etiam ad cæremonias, cum nostri præceptores, & quidem recte faciant tertium & quartum gradum libertatis, liberationem a cæremonijs & traditionibus. Et Paulus clare affirmet, abstinere a cæremonijs Mosaicis, esse stare in libertate Christiana. Item

ana. Item Petrus appellat importabile iugum.

Illud uero omnium indignissimū est, quod Ecclesiæ Antichristi recte tribuit laudem seruatarum elegantium, & piarum cæremoniarum. Veræ autem Christi Ecclesiæ crimen reiectarum. Itemq; inquit nos potuisse errare, & similia, quæ non ita multum a recantatione quadam absunt. Certe multorum mentes misere sauciabunt. Nam quod dicit quosdam aboleuisse absolutionem & cantiones, quid id ad nos? Zuinglianos eo nomine accuset, & nos missos faciat. Item quod dicit quosdam libertate abusos esse, id non debet nos impellere, ut cū simus a Christo liberati, Antichristi iugo ultro colla nostra inseramus. Nota sunt dicta, malum malo sanandum non esse. Item, stultorum est ab uno extremo in alterum ruere. Quanquam est longe maius scelus, seges ferre de libertate Christiana tollenda, quam quod aliqui per imbecillitatem (quicunq; demum illi sunt) Christiana libertate aliquando abutuntur.

Obijciunt hic quidam, satius esse nos ip-

nos ip
ut no
Hi mi
uel ad
medic
lunt,
quali
& Ty
tantu
test,
rorem
pij uer
diu su
dacijs
autho
mon
bus et
atq; ac
bus pi
iam n
& sca
gener
medi
pij eff
Chri
uersa
tat, qu

porta-

isimū
ecte tri-
ntium,
ræ au-
relecta,
errare,
m a re-
te mul-
t. Nam
absolu-
d nos
, & nos
quosdā
bet nos
iberati,
tra infe-
m ma-
ltorum
ruere,
elus, se-
tollen-
ecillita-
) Chri-
antur,
ius esse
nos ip-

nos ipsos aliqua immutare quam pati,
ut nobis pulsīs Papistæ omnia mutant.
Hi mihi non satis uidentur perpendere
uel aduersariorum mentem, qui nulla
mediocri mutatione contenti esse uo-
lunt, uel etiam ipsarum mutationum
qualitatem. Propalam impius Doctor
& Tyrannus, ut pharao, Manasses, &c.
tantum in corpora piorum sæuire po-
test, conscientia uero ob eorum fu-
rorem non ualde turbantur, ita ut
pij ueram doctrinam, antea imbibitam,
diu sub eis retineant, nec eorum men-
dacij moueantur. At pius magnæq;
authoritatis Doctor, ut Dauid Salo-
mon suis scandalis & falsis dogmati-
bus etiam ipsas piorum conscientias,
atq; adeo Spiritum sanctum in cordi-
bus piorum cruciant & extinguunt. Ut
iam multi præsentibus mutationibus,
& scandalis turbati, de toto doctrinæ
genere dubitare incipiunt. Proinde
mediocres mutationes ab ijs factæ, qui
pij esse uidentur, longe plus Ecclesiam
Christi turbant, quam maximæ ab ad-
uersarijs. De quibus nemo sanus dubi-
tat, quin sint & uitæ cōtaminatissimæ,

& ueritatis coelestis manifesti hostes.

Ita adiuuante Deo unum ex præcipuis scriptis perniciosas Ecclesiæ mutationes suadentibus, breuiter confutauit, quod me pio studio fecisse DEUS, & mea conscientia mihi testis est, spero etiam pios homines conatum hunc probaturos esse. Verum id me maxime cruciat, quod & scriptor iste, & alij quidam uoce cæremonias & ordinem in genere laudando uolunt probare, Papisticas cæremonias recipiendas esse, O malitiam aut cæcitatem. Num igitur hactenus nullum ordinem, nullasq; cæremonias habuimus, sed tantum phanatico quodam spiritu istæ Ecclesiæ agitata & turbata sunt: Omnes pios sciunt, & id experientia ipsa indicat, nullos ritus (in his quidem moribus & temporibus) magis utiles magisq; ædificationi Ecclesiæ seruiantes, & deniq; uetustissimæ Ecclesiæ magis similes inueniri potuisse, quam sunt nostrarum Ecclesiarum.

Quod si qui pompam magis, quam utilitatem Ecclesiæ in cæremonijs spectandam putant, tum illi sane uel Papisticas

pisticas
quibus

Se

ribus

singul

tum in

menses

apud a

nerent

postqu

propri

cti fun

plectur

& Beli

suader

mouer

profect

cum a

Deus e

uult se

Monar

quam l

deciper

quo su

tam di

cere pe

cacati

am

pisticas, uel etiam Ethnicas, si lubet, ex
quibus papisticae ortae sunt, accersant.

Sed est profecto in istis reformato-
ribus (sunt enim quidam satis noti)
singularis cuiusdam excacationis cer-
tum indicium, quod cum ante paucos
menses istas corruptelas rituum, cum
apud alios fierent, & nobis iam propo-
nerentur, uehementer damnarint, nunc
postquam fraudibus & minis impiorum
propriaque imbecillitate, ad eas pertra-
cti sunt, ueluti obliti sui, non solum am-
plectuntur istas conciliationes Christi
& Belial, sed etiam omnibus eas per-
suadere, & ubique, quantum possunt, pro-
mouere feruentissime conantur. Vt ego
profecto ualde uerear, ne Interimisti-
cum aliquem spiritulum acceperint.
Deus est magnus & seuerus, DOMINUS
uult se timeri non minus, quam terreni
Monarchae, & istos, qui magis homines
quam Deum timent, uoluntque ueluti
decipere DEum ac suam conscientiam,
quo suae tranquillitati consulant, facile
tam diu sapere & ratiocinando stultes-
cere permittit, ac peccata peccatis & ex-
cacatione punit, donec penitus in re-

D 4

probum

probum sensum tradantur.

A qua summa calamitate, ut nos
Pater DOMINI nostri Iesu CHR. Isti,
pro immensa sua misericordia clemen-
ter tueatur, tum orando, tum etiam
cum per receptionem istarum abomi-
nationum nō tentando impetrabimus.

DOMINUS Iesus perdat linguam
dolosam, & ueritatem coelestem ad glo-
riam nominis sui, & miserorum mor-
taliū salutem incontaminatam con-
seruet. **AMEN.**

EPISTOLA M. Fl. Illy.
ad Principem Georgium Anhalti-
num in comitijs Cellensibus exis-
tentem. Anno. 1548. mēse
Nouembri.

ET si ego princeps illustrissime C.
T. semper colui, & ueneratus sum,
cum propter stemmatis summam
nobilitatem, tum etiam propter eru-
ditionem ac pietatem, quam sapientes
ueram uereq; laude dignissimam no-
bilitatem, esse non immerito iudicant:
Tamen

Tamen cum & ignotus tibi sim & per
literas tecum agam, quæ minus erubescunt,
iam ἀνεὺ πάθων καὶ προοιμίων tecū
tanquam cum fratre meo in CHRIS-
TO familiaris & liberius agam. Et
alioqui negat Aristoteles proœmio o-
pus esse, cum apud sapientes loquimur.

Res, de qua tecum agam (ut eam
T. C. breuiter exponam) sic se habet
Video iam T. C. cum Theologis
VVittenbergenfibus, meis, ac piorum
omnium præceptoribus præcipuam
curam ac laborem tuendi sanam do-
ctrinam sustinere. Quod (quanquam id
& uocatio uestra, & dona, quibus diui-
nitus ornatī estis, flagitant) quia liben-
ter publicæ utilitatis & gloriæ Dei cau-
sa facitis, maximas gratias ab omnibus
per orbem terrarum CHRISTI Eccle-
sijs uobis deberi arbitror, meamq; gra-
titudinem, cum in alijs rebus nequeam,
coram DEO in precibus meis polli-
ceor.

Videmini tamen mihi, ut uerum
fatear, causam longe grauissimam (ut
leuissime dicam) lenius agere, quam
negocij magnitudo, aduersariorum ue-

D S hementia,

hementia, & ipse Christus, cuius DOMINI nos legati sumus, postulat. Nec ego statim conuitia & maledicta requiro, cum maiorem animum uobis in hac causa adesse, fortiusq; dici sententias cupio. Est enim quædam ratio grauius, constanter & intrepide de rebus maximis (qualia in primis ea sunt, quæ ad Dei gloriam pertinet) dicendi, etiam si nulla maledicta misceatur. Eiusmodi plurima exempla in Prophetis, Apostolicisq; scriptis, atq; adeo in sanctorum primitiue Ecclesiæ martyrum confessionibus inueniuntur. Tali quadam ratione & nostro tempore uos Christum confiteri oporteret.

Vt autem melius quid mihi uelim, intelligere possitis, dicam paulo clarius. Vidi quoddam scriptum nuper Begæ conscriptum, ubi T. C. & uir eruditissimus Ph. Melanthon, pietatis ac omnis purioris eruditionis instaurator, adfuit. In eo scripto (si tamen uestrum est, & non suppositiciū) nimium inbecille uidemini mihi & loqui & sentire, perinde ferme, ac si ipsimet de ueritate doctrinæ dubitaretis.

Nam

Nam
nolle
tenus
uel n
secre
conu
uobis
bi int
non m
dum
meta
poter
cum
potiu
co or
Hæc
est fa
hanc
uitan
ætern
dicit
tis reb
tate,
λα, ut
cere,
uio c

Nam primum in exordio dicitis, uos
nolle cuiquam præscribere metas, qua-
tenus INTERIM sit uel accipiendum
uel non accipiendum. Id primum ob-
secro quam pulchre cum uestro officio
conuenit: Theologi estis, quæritur ex
uobis sententia, tanquam ex diuini uer-
bi interpretibus. Quare igitur obsecro
non responderis ad quæstionem secun-
dum exactissimas sacrarum literarum
meras, quas non homines, sed omni-
potens Deus toti humano generi cir-
cumscripsit: Respondendum profecto
potius erat hoc modo cum Prophetis,
co omar iehoua, sic dicit DOMINVS.
Hæc est uera uia & Deo placens. Illa
est falsa & DEO displicens. Quicumq;
hanc ueram secutus fuerit, ad æternam
uitam perueniet. Qui illam falsam, ad
æternum exitium. Cathegorice (ut
dicitur) oportet uos Theologos de tan-
tis rebus respondere, idq; cum autori-
tate, ut Christus, non λογὰ καὶ ἀμφίβο-
λα, ut ethnici uates solebant.

Iam mihi uidemini perinde fa-
cere, ac si in periculosissimi itineris tri-
uio commonstrandi itineris gratia cō-
stituti,

stituti, uiatoribus de itinere percontan-
tibus respōderetis, uos nolle eis præscri-
bere quamnam uiam sequi aut fugere
debeant, cum contra uos oporteret &
precibus & minis instare opportune &
importune apud omnes, ut salutarem
uiam sequeretur, Si modo uobis curæ
esset uel proximi salus, uel eius authori-
tas, qui uobis id officij demandauit.

Huic consimile est & illud, quod
est subfinem, *Wir sagen vnser einfel-
tige meinung.* Non oportet uos uest-
rum *einfeltige meinung* dicere, sed
omnipotentis Dei immotam uerita-
tem, aut si eam dicitis, nolite eā ita ex-
tenuare, uel potius tam turpiter uerbis
istis deformare. O modestiam ex ip-
sissima timiditate ac diffidentia ortam.

Sed uidere obsecro, quis fructus
hanc uestram modestiam consequatur,
quo uel sic mali magnitudinem magis
perpendere possitis. Primum hostibus
DEI & Diabolo animum augetis, ut
magis, certa spe successus freti, incum-
bant in ruinam Ecclesiæ Christi, cum
uose eius columnas, tantopere tremere
ac nutare uident. Deinde cum in Ec-

clesijs

clesijs Christi sint multi Epicurei, multi
etiam imbecilles, qui suæ tranquillitati
& incolumitati consulere cupiūt, quo-
quo modo facto suæ & aliorum con-
scientiæ fucō. Hos ut reprimeretis o-
portet uos magna uoce cum Angelo,
Apoc. 14. clamare, timete Deum & da-
te illi gloriam, & non hominibus, atq;
ita, cum abstergere eos, tum etiam fucos
illos detegere. At uos contra amplissi-
mam eis portam aperitis, ut exeat, quo-
quisq; uult, cum præ nimia modestia
dicitis, uos nolle cuiquam præscribere,
quid in INTERIM accipiendum uel
non accipiendum sit. Quin insuper
authores INTERIM laudatis, qua
ratione etiam ipsum Interim laudatis.

Hanc eandem portam aperitis eti-
am, cum confessionem & periculum
tantum ad solos miseros parochos re-
ijcitis, quod genus sapientiæ etiam in
quibusdam articulis uestri *Benedicten*
adhibuistis. Obsecro uos per Deum,
num Christus tantum a doctioribus
an uero ab omnibus Christianis con-
stantiam in confessione flagitat? Fate-
mini tamen ipsi in eo scripto, negocia
religionis

religionis hoc tempore non adeo ob-
scura esse. Quod si etiam esset aliqua
obscuriora, quæ unusquisq; uel Mag-
nus uel rusticus intelligere non posset,
tamen statuere deberent ea ipsa uerius
doceri in Ecclesia Christi, quam Dia-
boli, Mahometi, & Antichristi.

Iam uero quid dicam de illo ulti-
mo, quod scribitis, *Wir lassen viel
streitige/ groswichtige sachen für/
über gehen?* Profecto partim ob do-
lorem, partim ob ambiguum curam
ignoro. Nam & doleo magnopere
taliam uerba unquam uobis elabi ex ore
potuisse, & sollicitus sum, ne, si uel ni-
mium dicam, uos (quod omnium mi-
nime uelim) offendam, uel rursus, ne, si
parum magnitudinem mali ostēdero,
meam etiam conscientiam aliqua ex
parte tanto peccato contaminem.

Est porro (quod me etiam maiori
dolore afficit) in alio quoq; scripto si-
mile dictum, multa uolens largior. Cu-
ius enim (obsecro uos per omnipoten-
tem Deum) creaturæ est, uel humana
uel etiam Angelicæ, aliquid de immota
omnipotentis Dei ueritate largiri? De
tuo lar-

tuo la-
si uos
cem
& ter
uolu
perfo
intere
exitij

ut, in
aliqui
litis
tia co
catura
tis hab

Pe
uetus
res, re
demen
profec
no cu
hisc
quā u
aliqu
nis di
DEUS

o ob-
liqua
Mag-
offet,
uerius
Dia-
ulti-
viel
für/
do-
uram
opere
x ore
el ni-
n mi-
ne, si
dero,
ua ex
i,
maiori
to si-
e. Cu-
oten-
manā
mora
i De
o lar-

tuo largitor puer, inquit ille. Profecto
si uos uel unum iota uel unicum api-
cem de doctrina, ex sinu creatoris cœli
& terræ prolata, hostibus eius largiri
uolueritis, satis care eam in extremo die
persolvere cogemini, præterquam quod
interea eritis infinitarum animarum
exitij causa.

Quid quaeso tandem mouet uos,
ut, in gratiam Diaboli, & eius filiorum
aliquid de cœlesti doctrina abijcere ue-
litis? Num spem habetis, inde ingen-
tia commoda animæ aut corporis se-
cutura esse? Aut solum Cæsarem puta-
tis habere spiculatores & carnifices?

Possumus & nos iam, proh dolor,
uetus illud exclamare. Quo uobis men-
tes, rectæ quæ stare solebant ante hac,
dementi sese flexere ruina? Ac clamant
profecto multi pij hanc sententiā mag-
no cum mœrore spiritus, si non uerbis
hisce, at certe sensu. Quis enim un-
quā uel suspicari potuisset, fore adhuc
aliquod tempus, quo uos, qui tantis do-
nis diuinitus ornati estis, & per quos
DEus pro ingēti sua misericordia post-
liminio

liminio salutarem orbi terrarum doctrinam restituit, de hoc Cœlesti Thesauro aliquid impijs largiremini, idq̃ cum certissimo uestræ & aliorum infinitorum animæ periculo? Quid Principes, nobiles, ciues & rusticos accusamus, quod pro hac Luce Euangelij Deo sunt ingrati? Vos doctores estis omnium ingratisimi Deo, qui, quo morem geratis impijs & prophanis aulis, periculumq̃ effugiatis, aliquid de diuina, omnibusq̃ salutari doctrina hostibus Dei largiri uultis.

Ah mementote obsecro, quod Dominus Iesus omnia tristissima perpessus est, ut solummodo scriptura impleretur, & ueritati diuinæ satisfaceret. Nos miseri homunciones audemus de cœlesti ueritate aliquid impijs largiri, pro qua præter ipsum Dominum Iesum tot prophetæ, Apostoli & Sanctissimi martyres, non solum ante hæc secula, sed etiam hoc tempore sanguinem suum fundi, seq̃ exquisitis tormentis crudelissime excarnificatos necari passi sunt.

Ihr solt kein geringe sache / die zu
Gottes

Gott
schle
Gott
gen/
Sin ue
dinen
punir
saluta
A
bendo
si de re
mus, i
neq̃ in
nifaci
rebus
conter
pientia
minur
tentis
Quam
& Luth
loqueb
funde
non in
eam ne
incorr
obsecr

Gottes ehr/vnd des mēschlichen ge-
schlechts heil dienet/den abgesagten
Gottes feinden zulassen/Last in sor-
gen/ob ers wil/odder kan erhalten.
Sin uero uult Deus nostram ingratitu-
dinem obscuratione huius sui luminis
punire, Nos non debemus ultro ab ista
salutari luce oculos auertere.

At forte dicetis, Oportet nos in scri-
bendo accommodari ad auditores. At
si de rebus paruis contendere uolueri-
mus, iudicabunt nostri DOMini (qui
neq; intelligūt hęc ualde, neq; ea mag-
nifaciunt) nos studio contentionis de
rebus nullius momenti cum aduersarijs
contendere, idq; eorum periculo. O sa-
pientiam, ut uos ad prophanorum ho-
minum aures accommodetis, omnipo-
tentis Dei aures & iudicium negligitis.
Quam ualde obliti estis illius Daudici
& Lutherani dicti, Coram principibus
loquebar de mandatis tuis, & non con-
fundebar. Quid tum postea autem si
non intelligunt ueram doctrinam, aut
eam non curant? DEus tamen uult eis
incorruptam ueritatem dici. Videte
obsecro sanctorum Martyrum & con-
fesso-

E

fesso-

fefforum refponfiones, qui nec decimā
quidem partem ueſtræ cognitionis ha-
buerunt, quam conſtanter illi, quamq;
clariffime ueram de Chriſto doctrinam
coram plane Ethnicis Tyrannis profes-
ſi ſunt. Sed ueriſſimum profecto eſt,
quod ego ſæpe cogitaui, eſſe quidem
iam decuplo maiorem noticiam do-
ctrinæ Cœleſtis in Eccleſia, quam fuit
poſt Apoſtolorū tempora, uerū zeli ac
feruoris uix decimam partem.

Atqui oportebat uos tantos docto-
res, tantisq; donis diuinitus ornatos, cæ-
teris pijs per orbem terrarum eſſe exem-
plo conſtantiæ ac fortitudinis, pro no-
mine Chriſti patiendi, confeſſioneq;
ueſtra ueluti quædam luminaria in hoc
pulcherrimo cœlo poſita, omnibus, in
hac præſertim hora tenebrarum, prælu-
cere.

Remouete etiam ex Eccleſia iſtas
occultas & plane Hiſpanicas deliberati-
ones. Fiant iuſti conuentus in ciuita-
tibus. Nolite inſtituere oligarchiam in
Eccleſia, quam ſemper etiam in po-
litjs uituperare ſoliti eſtis. Non duo-
rum aut trium eſt hoc negocium, ſed
omnium

omnium piorum. Veritati lux non
obest Sed mendacio obest. Frequentia
conuentus ad multa uobis proderit. E-
picurei modestius sua sophismata pro-
ponent, & ueritati timidius insidiabun-
tur. Vos liberius respondere poteritis, &
postremo minus uos odio onerabit. Agite
igitur ita, ut tota Ecclesia sciat,
quid agatis, & nō ita, ut hostes Dei qui-
dem ubiq; triumphent ac glorientur,
nos uero miseri, omnium rerum ignari,
nihil tamen mali non suspicantes, luge-
amus ac desperemus.

Quod autem, uos contenciosos ho-
mines appellant, nihil plane refert. Non
estis uos primi, qui propter nomē Chri-
sti male audiatis. Quamdiu uel micam
ueritatis retinere uoluerimus, semper ab
impijs hominibus pessime audiemus.
Oportet uerbum DEI pure prædicari,
siue sit scandalum hypocritis, siue stul-
ticia Epicureis, siue ruina orbis terrarū.

Quam male memores estis illius
Rhetorum præcepti, in quo præcipiūt,
ut causarum actores ita se gerant, ut ni-
hil minus uideantur, quam dubitare de
causæ ueritate. Flendum profecto ri-

E 2

bijpsi

bijpsi prius est, si uis me flere, & si uis me
persuadere, ut de re quapiam eximie se-
tiam, oportet, ut ostendas te etiam de ea
magnifice sentire, & grauitate, constan-
terq; eam prædicare ac tueri.

At uero uos, dum tam timide & se-
titis & loquimini, nihil me hercule ali-
ud efficitis, quam, ut prophanos aulico-
rum animos, audaciamq; in abolenda
uera doctrina augeatis. Cogitant enim
illi sic, & proculdubio etiam loquuntur.
Dörffen vnser gelerten viel großwi-
chtige Religions sachen/ für vber
faren lassen/ey so dürffen wir auch.
Item, Es wirdt sehr leichtlich mit de
sachē vmbzugehē sein. Seint doch
die gelertē so vorzagt/das mā sie mit
eim rauschenden blat kan voriagen.

Opinor uos ipsos iam accepta pla-
ga, intelligere, uestras istas timidas acti-
ones huius anni non parum causæ reli-
gionis obfuisse. O per Deum obsecrat
uos ipsa Christi Ecclesia, iam in sum-
mo luctu & mœrore existens, ut uos tā-
dem moueant, cum risu ac triumpho
Diaboli & impiorum, tum luctus ac
querelæ piorum, in quibus Spiritum
Sana-

Sancti
onibus
S
ficulu
R I B
certe u
stratur
ideo la
de uera
us acer
in coro
me Th
ano qu
mortu
tam ef
possit,
audire
tum c
quante
ὀλιγο
certam
ille ala
uit, &
qui ian
rum ca
& de
cogite

Sana-

Sanctum uestris timidis scriptis & acti-
onibus contristatis.

Sed audio quendā sæpe citare uer-
ficulum VANA EST SINE VI-
RIBVS IRA, qui si ita sentit (ut
certe ualde uereor) quoniam iam no-
strarum partiū uires & opes fractæ sūt,
ideo largiendum esse aliquid hostibus,
de uera Ecclesiæ religione, & non poti-
us acerrime resistendum : Næ ille habet
in corde sententiam, non solum mini-
me Theologo dignam, sed ne Christi-
ano quidem homine. An putat DEum
mortuum, aut manum eius abbrevia-
tam esse, ut suæ doctrinæ opem ferre nō
possit, aut aures eius aggrauatas, ut ex-
audire nolit ? Profecto si nos decies tā-
tum cognitionis ueritatis haberemus,
quantum Lutherus, cum hac nostra
ὀλιγοπισία nunquam hoc salutare pijs
certamen suscipere ausi fuisset, quod
ille alacriter suscepit, constanter certa-
uit, & foeliciter tandem uicit. Quippe
qui iam in hac uictrice per orbem terra-
rum causa tam turpiter trepidemus, &
& de eius aliqua parte hostibus cedere
cogitemus.

E 3

Ah

Ah confidamus in Dominum Ie-
sum, ipse uicit mundum pro se, & pro
nobis. Tantū profecto ideo iam a mun-
do uincimur, quia non tam illi mundi
uictori adhæremus in eum confidendo,
quā humana consilia & auxilia cir-
cumspēctamus.

DOMINVS Iesus æterni patris
æternus consiliarius, det uobis consiliū
& consolationem, uosq; suo spiritu cō-
firmet, ut doctrinam cœlestem, hoc tē-
pore in Ecclesia plus quā πεπληροφωρη-
μένω, εν παῖσιν ἡσυχίας loqui possitis ad ipsius
gloriam & miserorum hominum salu-
tem, Amen.

Condonetis mihi, obsecro uos per
Dominum Iesum, si quid liberior dixi.
Tam enim multi & triumphī hostium
de uestris scriptis dictisq; audiuntur, &
piorum querelæ, ut plurimi præ mœro-
re etiam extinguantur, nedum ingenti
dolore uicti paulo uehementius uocife-
rentur. Vos autem non quis hæc scri-
bat considerate, sed quam uere dicantur.
Nam si uera ac pia sunt, tam ea
uobis a tota Christi Ecclesia & omnipo-
tente Deo, qui etiam per asinam Balaam
mūmonet, dici existimetis. Episto-

EP
ad

S
ri
st

fione
breui

M

lam p

quod

sibi e

& co

tricat

ad qu

in qu

quan

ea pr

falsa,

quan

fenter

quan

uidec

Itaq;

reneb

hi ea

illi D

EPISTOLA EIVSDEM

ad quendam amicum, de Pseudo-
Basilio.

Salutem. Petis frater in Christo charissime, ut tibi paucis, quid de Epistola Hamburgensi, eiusque responsione sentirem, significem. Faciam, idque breuiter.

Mihi primum, cum utranque Epistolam perlegi, id perabsurdum uisum est, quod, cum prior sit quaestio, cupit enim sibi explicari doctrinam de adiaphoris, & conscientias adiaphororum laqueis intricatas euolui, sanarique: Altera uero sit ad quaestionem responsio, melius tamen in quaestione sit ea materia explicata, quam in responsione. Sunt enim in ea probe distincta adiaphora, in uera, falsa, & impia. Ostensum quoque est, quanta incommoda, & scandala praesentem adiaphororum receptionem sequantur. In altera uero Epistola non uideo, quid explicate de re dictum sit. Itaque etiam magis miseras conscientias tenebris inuoluit, & sauciat. Quare mihi eam legenti idem, quod Terentiano illi Demiphoni accidit, nempe, ut in-

incertior factus sim multo, quā antea,
cum quæstionem legissem.

Id tamen in ea Epistola recte obser-
uari potest, quod dicit, gubernatores co-
nari restituere cæremonias, & umbras
disciplinæ, non res ipsas, &, quod vo-
luntates multorum eo spectent, ut inci-
nationem ad omnes pontificios abusus
(Sic enim habet exemplar Hamburgæ
missum) faciant. Item fieri a potenti-
bus instaurationem ineptorum rituum,
ut paulatim omnes superstitiones in-
staurentur. Talia sunt & illa in præfa-
tione ordinationis, seu nouissimi Inte-
rim, quod per istas mutationes werden
**die Pfarrer vuruicht/ vnd würden
viel zerrüttung daraus folgen/** Item,
illa in scripto de adiaphoris, quod per
præsentes mutationes confirmetur
impij ita, ut triumphent, contristentur,
languefiant, & in dubitationem indu-
cantur pij. Item illud in somnio, quod
per præsentes mutationes restitueretur
Missa & papatus

De istis tantis malis, cum aliqua
piæ conscientiæ magnopere crucientur,
gemant, & queratur, atq; adeo Christi-
ane

ane a
mone
Lypse
eas ex
religi
menta
genti
tum si
la, qu
cæ qu
& den
monē
ad ho
Christi
R
hoc n
conar
& Lyp
Christi
ritate
fateat
impie
ration
um C
stiano
suas
sangu

antea, ane autores tantorum scandalorum
moneant, nequeo satis mirari, quod iste
Lypsenſis Baſilius adeo inhumaniter
eas excipiat, adeo confidenter præſentes
religionis corruptelas excuſet, adeo la-
mentabiliter quiritetur, tanquam in-
genti iniuria præter omne ſuum meri-
tum ſit affectus, ſintq; iſta ingentia ma-
la, quæ modo recensuimus, uix feſtu-
cæ quædã minutiffimæ in eius oculis,
& deniq; adeo in odium trahat ſyncere
monêtes fratres, tanquam defectionem
ad hoſtes molirentur, & religionem
Chriſtianam paſiſtis proderent.

Requirat in eis charitatem, quaſi
hoc non ſit ſummum charitatis officiũ,
conari impedire, ne prædictis peſtib.
& Lypſicis Interitibus fratres noſtri in
Chriſto perdantur, aut quaſi ipſe cha-
ritatem debitam proximo præſtet, cum
fateatur cõfirmari per iſtas mutationes
impios, ita, ut etiam triumphent. Qua
ratione efficit, ut & furioſius Euangeli-
um Chriſti aboleant, & miſeros Chri-
ſtianos audacius trucident. Atq; ita ſe,
ſuas manus, & cõſcientiam Chriſtiano
ſanguine polluit. Multo uero minus
E s præſtat

præstat charitatem, cum pios cōtristat,
languescit, & in dubitationem indu-
cit. Sic enim ipsas animas Christiano-
rum crudelissime ad æternam mortem
iugulat, seq̃ eorum æterni exitij reum
facit.

Accusat etiam præcipitantiam in
iudicando. Iubet rem prius recte ex-
plorare, & tamen hoc unice agit cum
suis, ne quisquā intelligere possit, quid
omnino agatur. Quis dubitat, quin
ideo de industria præsentis actiones in
istis hispanicis conuenticulis clam agā-
tur, ut ueluti laqueus prius gutturi Ec-
clesiæ iniiciantur, quam quisquam eas
animaduertere, aut præcauere possit:
Quam iniquus quæso est, quod in hoc
tanto incendio Ecclesiæ, moram, cun-
ctationem, & negligentiam flagitet, cū
& ista crebra, clandestinaq̃ conuenticu-
la facile indicent aliquid monstri ab eis
ali, & ipse subinde in suis dictis, & scrip-
tis a se excitati in domo domini ignis
(ut modo indicatum est) fumum fa-
reatur, & iā undiquaq̃ ruētis ex isto in-
cendio tēpli domini fragor exaudiatur.

Scilicet igitur, cum penitus Ecclesia

con-

conflagrauerit, tum demum incendio
resistemus. Principijs obstare iubet ora-
tio in D. Isideri promotione recitata,
isti Basilio nimium quam dissimilis.

Ego uero tibi uerum fatebor, nun-
quam porui probare istas conciliatio-
nes Christi & Belial, neq; hoc tempore,
neq; eas, quæ anno 30. institutæ fuerāt.
Quo tempore si R. P. Martinus Luthe-
rus, Doctor *πρώτων ὑποτάξις ἁλλων*, &
uere unica columna Ecclesiæ, & uerita-
tis, fieri istas pacificationes permisisset,
hactenus per istam nostram philoso-
phicam sapientiam ne micam quidem
puræ doctrinæ retinuissemus,

Declamitat insuper contra non ne-
cessarias separationes. Quis quæso se
iam separat: Saxonica & Turingica
Ecclesiæ nihil innouât, manent, & ma-
nere cupiunt in eodem statu, in quo
antea fuerunt, & quem isti ipsi Basilij
prius summe probarunt. Idem & Mys-
nica ex animo cupiunt, si eis per istos
Basilios liceat. Quis igitur tandem
aliquid noui inchoat? Quis se ab istis
Christi Ecclesijs separat: nempe Interi-
mistæ, & adiaphoristæ (ut etiam scrip-
tum

rum

tum de adiaphoris fatetur, præsentes
actiones significare inclinationem ad
aduersarios, qui quo crucem, effugiant
se Pilato, & pontificibus amicos simu-
lant, maluntq; cū impijs Ecclesias Chri-
sti persequi, & Christianos trucidare,
seque eorum sanguine polluere, quam cū
Christi Ecclesijs pati. O uere non ne-
cessariam, imo potius impiam, scelera-
tam, & æterno DEI iudicio condem-
nandam separationem.

Is se a piorum cœtu separat, qui
viewt sich incipit confirmare ita aduer-
sarios, ut etiam triumphent, & langue-
facere pios. Is deficit, isq; est ouicula
temere & audacter ab ouili DOMINI
discedens, ac extra caulam secure ua-
gans, lupoq; magis iam, quam pastori
addicta, & non ille, qui in uera puraq;
religione tum ipse permanere cupit, tū
& alios, ut idem faciant, uel cum suo pe-
riculo & incommodo hortatur, ut iste
ineptus Basilius ridicule argutatur.

Fatentur (ut superius indicatum est)
quod ex præsentibus mutationibus
werden viel zerrüttung folgen/ idq;
experientia ipsa omnium maxime con-
firmat

firmat, & tamen pulchre de concordia
& unitate garrere, eiusq; perturbatores
duriter accusare audent. O fortem con-
scientiam, & durum os, quod propria
crimina alijs tribuere non uerentur.

Est præterea in isto Basilio dictum,
quæ nos bona conscientia agimus,
quod est falsissimum, si ea uera sunt,
quæ ante paucos menses ex eius pro-
prio ore sæpe audita sunt, quæq; suo lo-
co, si res postulabit, explicabuntur pro-
lixius.

Ait quoq; Basilius, se paratum pro-
bare, se ne apicem quidem in doctrina
negligere. Inueniat igitur in scriptis,
in quibus articulum de Iustificatione,
fide & bonis operibus ad Episcoporum
palatum recoxit, propositionem, Nos
sola fide iustificari, aut per solum Chri-
stum iustificari. Videat item nun in
lipfio Interim in capite de Pœnitētia
nostra an potius papistica pœnitentia
describatur, & an ulla omnino ibi Fidei
mentio fiat,

Vult quoq; fieri iste pseudoBasi-
lius omnia omnibus, ut omnes Christo
lucretur, atq; ideo se ad papatum in-
flectit

hæc it, ut papistas lucratur. Pulchre
sane lucrabitur papistas, si uerum est,
quod dicit, scriptum de adiaphoris
per istas actiones ita confirmari eos, ut
triumphent, quod etiam experientia
oculis nostris ostendit. Itaq; sermo isti-
us Basilij est in hac parte ματαότατος,
quandoquidem est penitus ἀμοιβος πρὸς
ξῶν, Vel potius res contrario modo
se habent. Est igitur secundum pro-
prium os iudicandus, ut scilicet ex fal-
sitate rerum uanitas illorum inanum
pigmentorum & scommatum iudice-
tur, & derideatur.

Vult etiam nos tempori seruire. Ve-
rum apud Paulum tempori seruire non
significat idem, quod seruire scenæ, id
est, pro ut alius princeps succedit, ita &
religionem ad eius palatum inflectere.
Aut in rebus secundis strenue declami-
rare contra papistas, tempore crucis ue-
ro, effugiendi periculi gratia, discedere a
Christianis in cruce pendentibus, simu-
lare se papistarum amicissimum esse,
(iuxta illud, pacem habentes cum omni-
bus) paratum se esse ad cædendum, se
nō perturbasse Remp. se se per fuisse mo-
destis-

destis
disse
φιλονέ
cruce
δεσπο
jr vn
& con
quillie
plusqu
cruce
S
candu
tempo
Eccles
laretur
strina
faceret
H
tisim
ingent
tam an
sti & E
officiu
oni ill
tergere
So
sunt, c

deſtiſſimū, nec mouiſſe certamina, inci-
diſſe in haſce turbas, pertractum ab illo
φιλονέικω, & clamare ad Chriſtianos in
cruce pendentes, uos ſtoici, duri, horridi
δρασύνδαλοι, fortes uſq; ad ancillæ uocē,
ſi vngeſtū me leſit / quare non ceditis,
& conceditis propter communem tran-
quillitatem? merito punimini. Atq; ita
plusquam ſcelerate miſero Chriſto in
cruce pendenti inſultare.

Si iſte Baſilius uellet iam pie, & ſe-
cundum Paulinam ſententiam ſeruire
tempori, adhortaretur ad conſtantiam
Eccleſiam in cruce pendentem, conſo-
laretur, & tum exemplo ſuo, tum do-
ctrina confirmaret eam, & non langue-
faceret.

Hæc extra propositum tibi dile-
ctiſſime frater ſcribo. Neſcis enim, quā
ingenti dolore crucier, cum cernam
tam artiſcioſe iſtas conciliationes Chri-
ſti & Belial eos pingere, quorum fuiſſet
officium fucos inſidioſæ iſti pacificati-
oni illitos etiam proprio ſanguine de-
tergere.

Sed iam ad Epistoſam redeo. Hæc
ſunt, quæ recte obſeruari in ea respon-
ſione

sione possunt, cætera, (ut uno uerbo
dicam) piscatio & sepia sunt. Sed clare
cernit Deus omnia uindex.

Dominus Iesus conseruet religio-
nem, & Ecclesiam suam, quia uere om-
nes amici eius præuaricati sunt contra
eam, nec est, qui pugnet pro ea. Bene
Vale.

& Sepia offundit piscatori atramentum.

*Scriptum de eo, quid sit deferere Ecclesia-
am, proxime post præcedentia æditum in librum
de Adiaphoris includetur.*

EPISTOLA APOLO-
getica Matthiæ Flaci Illyrici ad
quendam Pastorem, ædita
mense Iulio, anno

1549.

INtellexi doctissime domine pastor
te nuper admodum in frequenti cõ-
uocatione pro suggestu declamasse con-
tra me. Affirmasse, quod ego impule-
rim R. D. N. ad scribendum contra
Lypsicam orationem. AEdidisse me
nuper

uerbo
d. clare
eligio.
e om.
contra
Bene
ntum.

Ecclesi
n librum

L O
ici ad
lita

pastor
nti cō
e con
mpule
contra
isse me
nuper

nuper scriptum, de propositione, quod
e duobus malis minus eligendum sit,
alterius nomine, quod tamen, uel me-
um sit, uel certe a me auctori furto sub-
latum. Ostendisse me tibi aliquando
epistolam quandam nomine M. Ste-
phani, quam tamen eius non fuisse tu
paulo post compereris, Me esse multo-
rum malorum causam, ambitiosum,
falsum fratrem, & proditorem, iussisse
q; te insuper omnes peregrinos (quo-
rum istic maxima copia est) ea, quæ tu
dixisti, in suas regiones perscribere. Atq;
ita me a te una die in tota Germania,
uel propemodum orbe terrarum, tan-
quam infamem proscriptum, publica-
tumq; esse.

Hæc quanquam sit grauissima in-
iuria, nam bonum nomen est præcipu-
um bonum, præcipueq; seruandum &
defendendum: tamen ego, siue quod
tibi parcere cupio, siue quod ἐμφύλιον
πολέμῳ non delector, siue etiam quod
sciam me hic esse peregrinum, futuram
patriam & extremum iudicium (ubi
omnia mēdacía, quantauis arte rhetori-
cæ picturata confutabuntur) bona
F con-

consciētia in hac præsertim causa fretus
expecto, libentius silendo conuitia ista
pertulissem, quam tecum rixatus essem,

Sperassem simul quoque multos tuos
auditores, uel quia causam ipsam cog-
nitam habent, uel quia priorem meam
uitam, non sane nimium sceleratam,
norunt, uel quia tu nullis firmis argu-
mentis in ista tua accusatoria declama-
tione probasti ea, quæ de me dixisti, uel
etiam quod sæpius te hoc biennio mul-
ta, nihilo istis saniora, uerioraue tum
scripsisse, tum dixisse compertū habet,
non nimium ista tua dicta curaturos esse,

Verum, cum animaduertam sic
istis tuis maledictis tum totum ministe-
rium meum, tum & causam hanc, de nō
inflectenda doctrina Christi ad abomi-
nationes Antichristi, quam & ego
non nihil attigi, contaminari, nō potui
bona conscientia necessariam istam ap-
pologiam prætermittere. Agam au-
tem quam lenissime potero, non quia
male mihi conscius sim, sed quia tum
personæ tuæ, tum & prioribus tuis acti-
onibus parcere cupiam.

Si in aliquem petulantem & ambi-
tiosum

tiolum (qualem me esse fingis) incidisses, naxille tibi ad hac falsissima conuitia ita responderet, ut tibi responsu esse intelligeres. Neq; enim contentus esset sui purgatione, sed etiam recriminatione uteretur. Cuius rei haberet profecto hoc tempore contra te, tuosq; collegas satis amplam materiam. Respondebo igitur ad singula quam breuissime & quam modestissime in hac conuictoru, iniuriarq; atrocitate fieri poterit.

Ad primum respondeo non esse uerum, quod ego R. D. N. ad scribendu contra Lypsicam orationem impulerim. Ipse enim suamet sponte non minus cupit religionem Christi papisticis abominationibus incotaminatam conferuari, quam ego. Vtpote pro qua statim a principio, cum tu adhuc esses hostis, multa passus est, tulit & laborauit, & tu eum tam temere nominatim, non lacesitus, iniustissime falsum fratrem in publica concione pronuncias.

Ad secundum, quod dixisti, scriptum, quod e duobus malis minus sit eligendum, a me uel confictum uel, auctori furto sublatum, aut eo inscio uel

F 2 inuito

nuito impressum, falsum est. Quod cum aliter, tum & literis ipsius ad me nuper datis probare possum. Nec enim minus illi ipsi uiro, alijsq; bonis quamplurimis præsentes Christi & Be-
lial conciliationes displicent, quam mihi.

Ad tertium, falsissimum itidem est, me tibi meam epistolam pro M. Stephani epistola ostendisse. Quod probabo primum testimonio conscientiae meae, & Dei. Secundo possem probare testimonio amicorum tuorum, qui epistolam uiderunt & manum agnouerunt, ac de quorum consilio tibi eam ostendi. Putabant enim illi, per eam epistolam te ad constantiam, ædendamq; aliquam publicam confessionem impelli posse. In epistola enim erat, tristes rumores de uobis ad eos perferri. Accidit autem hoc statim post promulgatum Lypsicum Interim.

Tertio probabo tuo testimonio, nam tu tunc manum eius esse agnouisti, item quia multis diebus postea in conuiuijs eum accusasti ob eam Epistolam, cum tamen nihil esset in ea epistola uehementer

ment
si sati
mi i
descri
quosc
laq; c
las ue
quia s
nec u
quid c
to, q
non s
ti per
alia m
phani
stola,
priuat
C
trariu
Opin
diern
nam,
filium
ampl
to ea
M.
falsi

Quod
ad me
Nec
bonis
& Be-
am mi-
em est,
. Ste-
ed pro-
cientia
proba-
m, qui
agno-
bi eam
per eam
æden-
fessionē
m erat,
perferri.
romula
o, nam
ti, item
nuiuis
n, cum
uehe-
menter

menter cōtra quenquam dictum. Erat,
si satis bene memini, historia de Barlaa-
mi in martyrio constantia, ex Basilio
descripta, & postea erat additum, iam
quosdam (nullius nomine addito, nul-
laq; circumscriptione) propter ædicu-
las uereri Christum confiteri. Item
quia sæpius postea mecum loquutus es,
nec unquam uel unico uerbo mihi ali-
quid de hoc crimine falsi dixisti. Quar-
to, quia quomodo ego auderem tibi
non solum ostendere, sed etiam peten-
ti per filium postridie dare epistolam
alia manu descriptam, quam M. Ste-
phani, quæ satis nota est, pro eius Epi-
stola, cum præsertim ea in re nulla mea
priuata utilitas ageretur.

Quibus autem argumentis, tu cō-
trarium depræhenderis, peruelim scire.
Opinor (ita me Deus amet) adhuc ho-
dierna die eam epistolam apud te esse,
nam, ut dixi, sequenti die tibi eam [per
filium petenti, ipse attuli, nec unquam
amplius (quod sciam) recepi. Inquiri-
to eam, & ostendito non esse manum
M. Stephani, tum uero me criminis
falsi conuiceris.

Ad quartum, quod me etiam multorum malorum causam dicis, crimen hoc non agnosco: Meum studium hoc est (quod Deus nouit) ut hanc religionem Christi, iam per orbem terrarum uicttricem, puram incontaminatamque retineamus, idque propter gloriam DEI & salutem proximi, & non propter spem terrenæ gloriæ, aut opus ago. Si igitur tu hoc malum esse iudicas, hortari homines ad constantiam in religione, & ad uitandas fraudulentas conciliationes Interimisticas & Adiaphoristicas, iudices sane. Ego corrupto tuo isto iudicio non magnopere moueor. Illi sunt uere multorum malorum causa, qui, quo crucem effugiant, impijs mutationibus Ecclesiam Christi turbant, & infinitos Christi pueros multipliciter scandalizant & subuertunt.

Ad quintum, quod me ambitionis accusas, non uideo sane, quid a me uel ante istam adiaphororum calamitatem, uel postea ualde ambitiose factum sit. AEdidi ante semestre tria uulgaria scripta contra papistas & Interimistas, in quibus ne nomen quidem meum apposui

appo
factu
Potu
quid
sine
omit
fictis
adiu
rarur
uera
quær
aut
phor
peme
miur

quia
poter
lare,
ro cu
étrin
Idem
mis g
eo ta
cut h
in al
quer
do f

apposui, quod profecto non fuit eius
factum, qui suam gloriam quæreretur.
Potuisssem enim interea elucubrare ali-
quid, quod mihi & gloriam mediocrē
sine periculo, & utilitatem afferret. Sed
omitto alia, certe hoc tempore istis af-
flictissimis CHRisti confessoribus sese
adiungere, & Christum per orbem ter-
rarum proscriptum confiteri, non est
uera uia gloriam aut opes in hac uita
quærendi. Qui iam uult crescere, is
aut Papista, aut Interimista, aut Adia-
phorista fiat. In quas turbas iam pro-
pemodum quicquid est in mundo exi-
mum magno impetu confluit.

Ad sextum, falsus frater non sum,
quia nullis firmis argumentis probari
potest, me mei commodi gratia simu-
lare, quod sim Euangelicus, interea ue-
ro cum papistis aut alijs Christianæ do-
ctrinæ hostibus sentiam uel conspirem.
Idem & de M. Steph: dici potest. Ni-
mis graue hoc conuitium est, suadeo, ne
eo tam multum in posterum utaris, si-
cut hactenus non in me tantum, sed &
in alios usus es. Pulchre enim retor-
queri potest, & nisi resipueris, aliquan-
do fiet.

F 4

Ad

Ad ultimum, Proditor itidem non sū,
nam neq; Rempub. hostibus, neq; Ec-
clesiam Christi impijs prodidi. Pro-
ditor & falsus frater is est, qui uel non
defendit strenue ueritatem religionis,
cum, possit, & ex officio deberet, præ-
sertim in hoc summo rerum discrimi-
ne, uel etiam clam cum hostibus ueræ
pietatis confusurrat, confert cum eis cō-
silia, quærit practicas, ornat, pingit, &
excusat eorū abominationes. Talis (ut
opinor) DEI beneficio ego non sum,
Quis autem talis sit, tu ipse tecum co-
gita.

Ne istarū quidem nouarum frau-
dum de Adiaphoris, quæ contra puri-
tatem Christianæ religionis instituun-
tur, ego proditor dici possum. Quas
tamen prodere pium esset, nunquam
enim conspiraui in eas, nunquam pro-
baui. Immo semper præ me non ob-
scure tuli, quod mihi summe displice-
ant. Quod facile probabo, cum, si ne-
cessitas urserit, alias Epistolas ædidero.
Nulla igitur ratione proditor dici pos-
sum.

Quod autem istinc discessi, feci
propter

propter certum periculum, quod mihi
imminebat, propterea quod restiti istis
nouis mutationibus. Si enim in tem-
pore non discessem, accidisset mihi
idem, (uel etiam aliquid longe peius)
quod accidit istis duobus pijs concio-
natoribus, qui tamen habent totius re-
gionis testimonium. In eandem cum
eis calamitatem ne & tu incidas probe
cauere potes. Scis enim regnante alio
domino loquendi tempus esse, & reg-
nante rursus alio tacendi tempus esse.

Hæc breuiter iam tibi respondere
uolui mi domine & amice. Peto au-
tem a te, ut agnoscas hanc esse necessari-
am Apologiam, ac in posterum falso
me non accuses, ne tibi cogar aliquan-
to uehementius respondere.

Ego neq; tibi neq; tuis collegis ma-
ledicere cupio, quod ex omnibus meis
miseris laboribus facile animaduerti
potest. Nam profecto si hoc egissem,
aliter meas scriptiones instituissem. Nec
mihi hoc tempore materia insectandi
& exagitandi uos deesset, quod te, ali-
osq; (qui uolunt) facile intelligere pos-
se existimo. Tantum de rebus ipsis dixi.

F 5 perso,

personis (quantum quiui) peperci.

Tuum uero est, si tamen innocens es, cum audis in genere repræhendi. Interimistas & Adiaphoristas, nec tamen quenquam nominari, non statim putare omnes de te loqui, iuxta uulgarem fabulam de eo, qui pectinē furatus erat, Sunt & alij boni uiri (ut Islebius & D. Interim) qui per Adiaphora uolunt CHRISTVM cum Belial conciliare, & Euangelium late ac longe, id est, extra fines terræ, remouere.

In posterum si quid uoles contra me dicere, cōfutato mea ueris & firmis argumētis, & nō maledictis, quæ nō reueritatem aut falsitatem, sed animi morbum aliquem, aut perturbationem ostendunt. Immo hoc ipsum, quod tantum maledictis uteris, signum est, te ueris argumentis nostra confutare non posse.

Ne me, M. Steph., aut alios non impios, qui probant constantem Christianismi confessionem, & improbant istas quorundam simulationes & dissimulationes, crucis fugiendæ gratia susceptas, falsos fratres aut, proditores appellaueris

pellaueris. Possunt enim hæc ualde
pulchre retorqueri, & si id urgere per-
rexeris, adhuc fiet. Non dubito etiam
quin multos in auditorio tuo graues &
uere pios homines habeas, qui istis mu-
liebribus conuitijs non ualde mouean-
tur, norūt enim te & alias uel ocreatum
& clinodia donantem principem pro
CHRISTO adulatorie Euangelizare, uel
optimum præsentium rerum statum
præconijs uehere, uel sanctum CHRISTI
martyrem N. exagitare.

Es können nicht zween Churfür-
sten sein / Item haben was unsere
Fürsten mit dem Keiser zu thun / wir
wissens nicht etc.

Illorū auditorū te etiā rationē ha-
bere oportet, sciunt enim illi leuissimū
quemq; plurima conuitia congerere, ar-
q; adeo magnam nauim (ut Homerus
loquitur) conuitijs onerare posse.

Modestius hæc tecum egi, quam
iniuriæ, qua a te affectus sum, atrocitas
postulabat, quin & nomen tuum subti-
cere uolui. Cum tu meum in fre-
quenti concione, idq; sæpius falsis cri-
minationibus contaminaueris. Sed
si per-

si perrexeris, nā ego tibi adhuc clarius
respondebo.

Non decipiet me illud uestrum ni-
mis crassum sophisma, quo semper uos
in declamitādo tuemini, & multos de-
cipitis. Videtis hic nihil adhuc immu-
ratū esse, igitur falso accusamur, & qui
aliquid de nobis queruntur, illi nouies
mentiuntur. Satis enim is instituit, &
mutauit, qui non solum non contradi-
cit, cum id ex officio facere deberet, sed
etiā iā scripsit, & propria manu subscrip-
sit. Qui iam ubiq; istas mutationes sua
uacillatione, scriptis & subscriptioni-
bus promouet. Quiq; Tyrānorum au-
daciam sua autoritate (quod etiam nu-
per istic factum esse noues uerum est)
contra pios concionatores armat. O
calamitatem, cum nolueritis cum alijs
pijs constanter CHRISTUM confitendo
pati, facti estis piorum persecutores.

Dominus Iesus faxit, ut tu & ego ea
agamus, quæ ad gloriam ipsius, & mise-
rorum hominum æternam salutem fa-
ciunt. Eos uero, qui, quæ sua sunt, quæ-
runt, funditus euertat, Amen.

Duos

DVO SOMNIA PHI

lippi, habita ante annum.

NOcte præcedente 14. diem Decēbris, qua Theologi Iuterbachiū ad comitia profecti sunt, somniauit Philippus, uenisse ad se uicinum quendam suum, qui militari habitu incedere solebat, ac rogasse, ut uelit suo nomine orare uitrarium, ut ei fenestras quasdam faceret. Id ubi ille, ut rogatus erat, fecisset, paulo post reuersū esse uitrariū, ac multū questū esse, interrogatumq; quid accidisset, respondisse. Ille nebulo uoluit me sibi papisticam Missam recitare. Num me talem hominem esse existimat, qui uelim papisticam Missam recitare?

Id somnium sic idem sequenti die corā pluribus, & Camerario aliquoties interpretatus est. Iste uicinus miles est ipse Maur, uitrarius sum ego. Petit a me Maur, ut ei fenestras faciam, id est, aliquid in speciem, et was zum schein. Reuera autem quicquid agitur, eo tendit, ut Missa papistica & papatus restitatur.

Hic

Hic habes ipsius artificis de suo opere sententiam. Quid igitur amplius de istis præclaris actionibus dubitas? Ut taceam, quod somnia, præsertim ipsius, diuinum quiddam habere uideantur, fierique possit, ut diuinitus monitus sit de præsentium fraudum, quæ puritati Euangelij Iesu Christi struuntur, impio scopo & pessimo euentu.

ALIIVDEIVSDEM SOMNIUM aliquanto post promulgationem Lypfici Interim somniatum, & sequenti die ab eodem in quodam conuiuiuo recitatum.

Somniauit se duos Misnensis aulae iuristas, (quorum etiam nomina expressit) per angustum callem sequi, ac, cum ad quasdam arctissimas angustias uenissent, transiisse iuristas, se uero graniter cecidisse, nec multum abfuisse, quin in uicinam lacunam incideret. In ijs angustijs cum diu multumque luctatus esset, uix tandem surrexit, ac retro reuersus est.

CVIVSDAM ALTERI.
us interpretatio.

Somni-

Somniū significat duces istius pe-
simi negotij de Adiaphoris abitu-
ros sine pœnitentia in suam requiē
æternam. Sed quosdam adiaphoristas
aliquando tandem pœnitentiam actu-
ros, & saluos fore, sed sic, ueluti per ig-
nem. Ad quod eos Dominus Iesus suo
Spiritu retrahat. Amen.

*Kein Fluger man thut eine klei-
ne torheit.* Ceciderunt angeli. Ce-
cidit Adam & Heua, cecidit Cain. Ce-
cidit prius (haud dubie sapientiss:) se-
culum. Cecidit Noah & Loth. Ce-
cidit Moyse & Aaron, & totus populus
cum suis principibus sæpe repente. Ce-
cidit Samson, Cecidit Gedeon, cecidit
Saul, cecidit Dauid, cecidit Absolon &
Achitophel. Cecidit Salomon mortu-
lium sapientissimus, Cecidit Iudas, Pe-
trus & infiniti alij, longe præstantissi-
mi uiri. Omnis itaq; homo mendax,
uniuersa uanitas omnis homo, & ipsa
uanitate uanior simul. Vigilemus igitur,
eū, qui uera uia, uita & lux est, sequa-
mur & oremus. Nam profecto nemo
pro nobis ibit in infernum, & maledi-
ctus qui confidit in hominem.

Apolo.

APOLOGIA MATTHI
æ Flacij Illyrici ad Scholam Vi
tebergensem, in Adiaphororum
causa, missa sub finem
Iulij.

EIVSDEM EPISTOLA DE
eadem materia ad Philip. Melantho
missa sub princip. Iunij.
Item quædam alia eiusdem generis.
Omnia simul ædita anno 1549 cal
octobris.

EX HISCE SCRIPTIS PIE LECTOR
præter scriptoris innocentiam, cognosces totam Adiapho
ricæ controuersie originem, & progressum, ac omnino
omnes causas istarum Adiaphoricarum fraudum, idq; ex
ipforum autorum ore. Disces causam efficientem esse, par
tim impiorum cupiditatem prodendi, ac crucifigendi Chri
stum & liberandi Romanum Barrabam, partim imbecillium
diffidentiam, metum & carnalem sapientiam. Causam mate
rialem esse unionem Christi & Belial, lucis & tenebrarum,
ouium & luporum, seruire duobus sibi mutuo inimicissimis
Dominis, Christo & Antichristo ac impio mundo. Causam
formalem esse fucos ementitos & adulterinos colores or
dinis, discipline & conformitatis. Causam finalem esse resi
tutionem papatus & collocationem Antichristi in
templo Christi, confirmationem impiorum,
ut de Ecclesia & Christo triumphant,
Contristationem piorum, langue
factionem, inductionem in
dubitationem, schis
mata & infinita
scandala.

Pio

PIO LECTORI VE

ram salutem ab unico seruatore

Domino Iesu, Matth. Flacius

Illyricus,

DE multis rebus in tota uita homi-
nes ideo tantum non recte iudi-
cant, quia destituuntur his hypo-
thesibus, magis asse amandum & timé-
dum DEVM, quam homines, plurisq;
cœlestia quam terrena bona facienda
esse. Fit enim propterea plerunq; ut
magis hominum quam DEI gratiam
ambient, & odium fugiant, magisq;
tum consequi terrena, quam cœlestia
laborent, tum de iisdem amissis dole-
ant. Atq; ita inuertunt duas illas Chri-
sti rerum agendarum pulcherrimas re-
gulas. Sentiunt enim illos timendos,
qui possunt corpus interficere, & non
eum, qui tum corpus tum animam per-
dere potest. Item quærenda esse primū
terrena bona, postea cœlestia ultro, uel
contemnentibus ea, accessura esse.

Et si autem talis peruersitas semper
in hominibus fuit, postremis tamen
temporibus istum DEVM Ventrem

G

magis

Pio

magis regnaturum, quam unquam ante
ea, etiam CHRISTUS indicat, cum suos
monet, ut sibi a tali epicureismo caueat
inquiens, Luc. 21. Cauete uobis, ne for-
te graueret corda uestra crapula &
ebrietate, & curis huius uitæ, subitusq;
uobis ingruat dies ille. Sed cernimus,
proh dolor, etiam experientia, quam
homines nostro sæculo penitus uentri
addicti sint, æternaq; illa bona, quæ no-
bis Christus acerbissi, morte acquisiuit,
petulanter negligant.

Id enim cum aliunde manifestum
est, tum ex eo, quod, quanquam iam tū
oculis cernant, tum auribus audiant, tū
& propemodum manibus palpent, id
serio agi, qui nobis religionis nostræ
puritas, æternaq; salus auferatur, adeo
tamen parum hoc tanto periculo mo-
ueantur, ut non tantum ipsi manum
admouere, maloq; resistere nolint, uerū
etiam, si quis alius uel pauxillum muti-
at contra hanc tam acerbam pestem, le-
uiterq; eius autores attingat, statim pro
semifurioso habeatur, omniumq; in se
odia, ueluti iniustissimus omnium mor-
talium, concitet. Exempla non est pro-
ferre

ferre
perue
mine
coelest
lædi
melia
mam
crime
salute
ferun
A
acced
uidet
agi
Adia
præte
tichr
cum
rimu
omn
profo
mata
uide
S
tum
titud

ferre necesse, nimirum enim nota sunt,

Vnde autem hæc tanta iudiciorū
peruersitas? Nimirum inde, quod ho-
mines quam DEum, & terrena quam
coelestia plurius faciunt. Itaque homines
lædi non uolunt, DEum affici contu-
melia facile patiuntur. Hominum fa-
mam aliquantulum attingi nefarium
crimen existimant, æternam eorundem
salutem impediri non admodum ægre
ferunt.

Ac, ut aliquanto propius ad rem
accedamus, quanquam nemo iam non
uidet, (nisi qui ultro uidere non uult)
agi nunc ubique per ista commenticia
Adiaphora, quinam specioso aliquo
prætextu Euangelij lux extinguatur, & An-
tichristianismus reduci possit, tamen
cum aliquot pauci contra mutire cœpe-
rimus, DEVS bone quam duriter ab
omnibus laceramur, quam ab omnibus
proscribimur, & plane mundi cathar-
mata esse iudicamur. At quam iuste,
uide obsecro tu ipse pie lector.

Summum crimen, quod cum alijs,
tum imprimis mihi obijcitur, est ingra-
titudo. Vociferantur me esse ingra-

G

2

tunt

tum Præceptoribus, quod præsentem
eorum actiones improbem. Idque sce-
lus, sancti homines, se toto pectore de-
testari aiunt. Ego uero nec ita omnis
humani diuiniq; iuris ignarus sum, ut
nesciam, nos plurimum Præceptoribus
debere. Nec ita etiã breui hoc tempore
obbrutui, ut eisdem gratus esse non cu-
piam. Sed tamen scio etiam Christum
seueriter postulare, ut ipsum, ipsiusq; re-
ligionem non tantum Præceptoribus,
sed & parentibus & liberis, & propriæ
uitæ, atq; adeo toti mûdo præferamus.
Periclitari autem religionem, atq; ita
tum Dei gloriam, tum & Ecclesiarum
salutem, in istis Adiaphoricis mutatio-
nibus, abunde in sequentibus scriptis
probat. Proinde, si mandato Christi
unici seruatoris nostri præsentibus cor-
ruptelis resistere cogor, quare præ-
termissi erga Præceptores officij accu-
sor?

Patriæ nos primum natos Plato
scripsit, pulchrumq; fuit olim etiam
apud ethnicos publicæ, eiusq; tempo-
rariæ salutis gratia, priuatis uel charissi-
mis, hominibus debita iura uiolare.

Quare

Quare igitur tam turpe existimatur ob
Ecclesiæ incolumitatem (quæ uere pa-
tria est, nos ad cœlestem uitam regene-
rans) eamq; æternam, & gloriam DEI
aliquos homines offendere ?

Laudatur Aristoteles, quod uerita-
tis defendendæ gratia Platonem Præ-
ceptorem suum, & Socratem, optimum
mortalium oraculo pronunciatum, re-
prehendere non sit ueritus, habeturq;
ueluti pro oraculo eius dictum, quod
etiam charissimis hominibus ὅσιον sit
προτιμᾶν τὸν ἀλήθειαν. Si igitur ipsi san-
ctum fuit etiam philosophicæ alicuius
sententiolæ causa præceptorem, sum-
mum profecto uirum, reprehendere,
quare nos impie facere existimamur, q;
cœlestis ueritatis defendendæ gratia ali-
quos, quantumuis magnos uiros, offen-
dimus ?

Equidem nescio, cur patria relicta,
patrimonio, omnibusq; chariss. inuito
impio mundo in Germaniam ad peni-
tus ignotos homines, sacrarum literarū
gratia profectus sim, & alibi duos, Vi-
tenbergæ in studijs annos octo contri-
uerim, ibiq; multas pulcherrimas Lu-

G 3 theri

theri & aliorum disputationes de constantia præstanda in agnita ueritate audiuerim, si ea, quæ ibi didici, constanter retinere, confiteri & tueri non debeam. Satiùs profecto fuisset, me nunquã ad Euangelij cognitionem peruenisse, uel potius nunquam natum fuisse, quam postquam semel puram religionem amplexus sum, ita ipsam paruifacere, ut in gratiam hominum pati uelim eandem in corruptelas Antichristi transformari.

Perpendamus obsecro aliquando tandem ueris iudicijs uera bona & uera mala. Nemo nostrum, si quispiam sibi ante oculos fratrem, patrem aut filium iugularet, non putaret se habere omnia iura contra illum agendi extrema quæq;. At iam cum tam multi nostri in Christo fratres miserrime istis Adiphoricis mutationibus extrema morte trucidentur, ociosi spectatores, tranquilloq; animo esse possumus. At qui iugulari multos pios per ista pseudadiaphora ipsimet ministri istius pessimi negocij fatentur. Aiunt enim languescere & in dubitationem induci pios.

pios.
stræ re
subue
D
norar
parent
illapfu
capilli
nollet
paren
pillis t
Sic ian
DE C
adula
tores,
quam
tos fu
agatu
ta aut
Christ
amus.
est du
per qu
uefac
pios,
tur, n
num

pios. Languefactus & de ueritate no-
stræ religionis dubitans iam profecto
subuersus est.

Discamus quæso, quid sit uere ho-
norare parentes. Si quispiam uidens
parentem aut præceptorem in aquam
illapsum, nec posset eum alia parte, quã
capillis aut barba arreptum extrahere,
nolletq; id facere, eo quod impium sit
parentes aut præceptores barba aut ca-
pillis trahere, nonne insanire uideretur?
Sic iam profecto parum sani coram
DEO sunt, qui uel tacendo, uel etiam
adulando immergunt potius præcep-
tores, in istud Adiaphoricum exitium,
quam extrahunt, sicq; se pulchre eis gra-
tos fuisse iudicant, cum quidem non
agatur de temporaria, sed de æterna ui-
ta aut morte eorum. Certe mandato
Christi præcipientis, ut fratrem mone-
amus, non obtemperant. Non enim
est dubium, quin fabricando fenestras,
per quas papatus restitui debet &, lang-
uefaciendo pios, & confirmando im-
pios, quod ipsimet fabri de se confiten-
tur, non ad uitam æternam, sed ad æter-
num exitium tendant.

Sæpe in hisce miseris turbis adhuc
Vitenbergæ existens, sic mecum cogita-
ui. Vide, si quis iam quiescit, quam
multa habet commoda. Primum nõ
conijcit se & suos in ullum grauius dis-
crimen. Deinde manet domi & frui-
tur suis redditibus. Tertio habet lau-
dem modestiæ & gratitudinis, nec ac-
cusatur, quod sit turbulentus, stoicus,
ingratus, seditiosus. Postremo retinet
fauorem omnium hominum, præser-
tim eorum, qui sua autoritate & poten-
tia alios euehere possunt. Cogitavi
etiam, uide, tu omnibus subsidijs ad tā-
tam rem necessarijs destitueris, es pere-
grinus, non satis gnarus sermonis, nul-
lius autoritatis homuncio, nulla ex par-
te eruditione conferendus ijs, cum qui-
bus tibi res erit, nullam habes ab ullo
homine promissionem. Præterea istius
negocij est tanta difficultas, ut ei multi
etiam summi uiri cedant. Quare op-
timum tibi erit quiescere, cum alioqui
quietis sis cupidissimus. Nihil igitur
profecto fuisset meo ueteri Adamo faci-
lius, nihilq; suauius, quam præstare istas
tantas uirtutes, quæ iam tāto opere a no-
bis re-

bis req
(qui de
redde

Ac
menon
lorum
tur, uel
concita
mina u
sos solo
non sol
de tam
CHristi
isti seue
tam for
osus sp

Ab
uera pi
fia fuit
Magist
quem f
alios, c
strum c
qui no
traditi
Antich
uis ma

ad huc
ogita
quam
um nō
as dis
& frui
er lau
nec ac
oicus,
retinet
ræfer
boten
gitaui
ad tā
pere
s, nul
ex par
n qui
ullo
istius
multi
te op
lio qui
igitur
o faci
e istas
a no
is re

bis requiruntur, & tantopere in alijs
(qui de ea re certe adhuc Deo rationem
reddent) laudatur.

Ac hic fatebor sane meum peccatū,
me non ita feruere pietate, ut si de so
lorum Adiaphoristarum salute agere
tur, uellem tam multorum odia in me
concitare, meq; ac meos in tanta disci
mina uictus, famæ, & uitæ ipsius ob ip
sos solos conijcere. Verum cum uidi
non solum de ipsorum exitio, sed etiam
de tam multarū Ecclesiarum, & ipsius
CHRISTI glōria agi, dent mihi, obsecro,
isti seueri censores ueniam, si non sum
tam fortis epicureus, ut tanta mala oci
osus spectare potuerim.

Ah nihil est iam zeli & feruoris in
uera pietate, ut olim in primitiua Eccle
sia fuit. Nos Christiani habemus unum
Magistrum & præceptorem in Cœlis,
quem solum a patre iubemur audire, &
alios, quatenus & quousq; illum Magi
strum constanter sequuntur. Eos uero,
qui nobis aliud Euangelium, humanis
traditionibus dilutum, & cæremonias
Antichristi proponere uolunt, quantū
uis magni & benemeriti sint, quin eti

G S amfi

amfi Paulus, præceptor optime de Ec-
clesia meritis, aut aliquis Angelus de
Cœlo is effet, tanquam anathemata ex-
treme detestari cogimur. Verum de
hac materia in ipsa Apologia prolixius
disputabitur.

Sed dicet aliquis, concedo sane eos
recte facere, qui præsentibus fraudibus
resistunt, uerum lenius esset agendum
cum istis tantis uiris, & mitiora remedia
primum huic malo quærenda. Id ego
sane diligentissime primum feci, ut ex
sequentibus scriptis liquebit. Pri-
mum tantum supplicationes & le-
niss. monitiones adhibui, postea etiam
liberiores admonitiones. Tertio &
æditas repræhensiones, sed in genere,
in quibus ipsis de rebus dixi, personis,
quantum fieri quiuit, parcens. Misi eis
præterea post meum discessum tres Epi-
stolas, unam ad D. Philippum circa
Principium Iulij, secundam ad Recto-
rem, & tertiam ad totam Scholam, sub
finem Iulij. In quibus eis supplica-
ui, ut præsentis conciliationes Christi
& Belial prætermitterent, humiliterq;
me ad omnes pias condiciones pacis
obtuli,

obtulī, sed ad nullam mihi quicquam
μεγαλόψυχοι homines respondere dig-
nati sunt.

Si quis recte omnes nostras, eorūq;
actiones cognosceret, easq; sincero iu-
dicio perpenderet, animaduerneret pro-
fecto a nobis omnia, seruata Christiana
modestia, lenissimeq; acta esse, pro ut
quidem rei magnitudo pati potuit.
Primo illi pasci sunt se contra consci-
entiam suam ab Achitophelibus per-
trahi ad istas Adiaphoricas fraudes, ex
quibus in suis primis bedēcen falsi sūt
secuturas magnas Ecclesiæ perturbati-
ones, quarumq; causam præbere sit in-
gens peccatum. Eas tam diu clam in-
tam multis conuenticulis cum impijs
fabricauerunt & suerunt, donec tandē
putarunt sibi iam omnia parata esse,
subitoq; Lypsiae gutturi Ecclesiarum
non præcognitum laqueum iniecerunt
cumq; illæ nonnihil reluctarentur, eti-
am uehementius attraxerunt.

Ah non potest satis dici, quantū in
ea re tūc temporis nostri Theologi pec-
cauerint. Sed mollius de ea actione
iudicamus, partim quia aliqui eam ig-
nora-

nora-

noramus, partim etiam, quia profecto
zelo domus Domini non ardemus.

Illud Interim (quod profecto fieri
neceffe fuit) a me mediocriter confuta-
tum est, Theologiꝑ, qui me hercle fue-
runt graui repræhensione digniſſimi,
leniter perſtricti. Tribui eis tantum
Apoſtolicam quãdam imbecillitatem,
Secundo illi nihilominus in uijſ ſuis
perrexerunt, eoſqꝫ, qui eorum Adia-
phoras mutationes improbarunt, non ne-
ceſſarij ſchiſmatis in Lypſica oratione
accuſarunt. Atqꝫ ita ſua crimina no-
bis tribuerunt, nos enim nos ab Eccle-
ſia non ſeiungimus, nec quicquam no-
ui inſtituimus, ſed Interimiſtæ & Adia-
phoriſtæ fugiendæ crucis gratia ſe a cœ-
tu Chriſti ſeparant, & ad turbam Anti-
chriſti adiungunt. Ei tam graui, falſiſi-
mæqꝫ accuſationi R. D. N. & ego ſatis
modeſte reſpōdimus, negauimus enim
tantum, nos eſſe ſchiſmatis cauſam.

Poſtremo cœperunt illi in ſugge-
ſtu nominatim nos condemnare (nec
adhuc deſinunt) quod ſimus falſi fra-
tres & proditores, habeamus errantem
ſpiritum, me eſſe ſeductorem, eaqꝫ iuſ-
ſerunt

ſerunt
qua r
mani
runt
eadem
cuſati
ſatio
gaur
cuſor,
Long
cauſa
nus ad
C
haſter
cam o
dum e
peſtan
euulga
ipſum
cauen
rentur
re & a
iam in
feſte in
mento
pere, &
recens

ferunt scholasticos ad suos perscribere,
qua ratione nos una die per totā Ger-
maniam tanquam infames proclama-
runt, quin & ad regem D. ac Principes
eadem scripserunt. Ei tam acerbæ ac-
cusationi ego nimium leniter, si accu-
satio expendatur, respondi, tantum ne-
gavi me talem esse, qualis ab eis esse ac-
cutor, meamq; negationem cōfirmaui.
Longe igitur lenius a nobis in optima
causa, quam ab ipsis in pessima hacte-
nus actum est.

Obijciunt rursum aliqui, illi nihil
hactenus de Adiaphoris, præter Lypsi-
cam orationem ædiderunt, proinde nō
dum essent propalam accusandi, sed ex-
pectandum, donec aliquid in publicū
euulgarent. Respōdeo primum, ob hoc
ipsum magis odio dignæ sunt, magisq;
cauendæ istæ fraudes, quod ita clam pa-
rentur miseris Ecclesijs, ut eas prius uide-
re & agnoscere non possint, quam cum
iam irretitæ tenebuntur. Quod mani-
feste indicat Lypsica actio, ubi uno mo-
mento uoluerunt totam regionem ca-
pere, & in suam nassam pertrahere. Item
recens Grimmica, ubi pastores aliquot
con-

conuocauerunt, eosq; in suam sententiam partim pertrahere conati sunt, partim etiam pertraxerunt. Idem indicant clandestinae corruptelae pastorum qui partim minis, partim blanditijs, partim etiam muneribus in impiam sententiam traducuntur.

Oportuisset quidem illos in rebus religionis, & in Ecclesia Christi aperte agere. Si quæ putant se posse pie mutare, deberent articulos toti regioni, & omnibus pijs Ecclesijs proponere, dare spacium deliberandi per aliquot menses, & postea demum conuocare aliquam Synodum, & audire aliorum quoq; piorum iudicia, & non ista oligarchica, uel potius Hispanica consilia sequi, paucissimos quosdam cum impijs, & nostræ religionis hostibus confusurrare, & conspirare. Postea conuocatis alijs Christianis ueluti suis quibusdam principijs mandare, ut decreta accipiant.

Faciunt autem hoc præcipue ideo, quia sciunt mendacio lucem obesse, nec dubitant, quin, si pijs possent mature de istis ipsorum nouis dogmatibus deliberare, non essent ea accepturi. Quare,
ut

ut dixi, tanto magis sunt istæ fraudes
cauendæ, quanto astutius & oculcius
parantur, Christiꝑ ouiculæ præmonē-
dæ, ut sibi a papisticis lupis in ueste A-
diaphororum in ouile Domini irru-
entibus, caueant.

Secundo euulgant illi satis multa
mutationes suadentia, euulgatum est
eorum scriptum de Adiaphoris, item
alia multa Augustam missa, non mi-
nus, quam si ædita fuissent. Quin etiam
cum unicam Epistolam ad aliquem
scribunt, præsertim, si quid peius in ea
sit, satis multis ostentatur. Ad omnesq;
eius loci literatos circumgestatur. Ad-
hæc in publicis conuentibus, ut Lypsi-
co, Berlinienfi & Frâcico, istas suas mu-
tationes publice promouerunt.

Postremo quid necesse est expectare
donec nobis manifeste & Ecclesiæ bel-
lum indicatur, si iam plagas sentimus?
Clam (ut mihi ex multis locis per lite-
teras indicatur) illi sine intermissione
cum per Epistolas, tum circumcursan-
do, ad se uocando, alios misitando,
tum & alijs modis nobis fundamenta
subruunt. Alios quidem concionatores
in

in

in suā ſētentiā pertrahūt, alios quacūq;
occasione poſſūt ab officio (ſi nō ma-
nibus at certe ſua autoritate & aſſenſu)
remouent, ut nuper Torgennes remo-
uerunt. Quorum alter in exilium pul-
ſus eſt, alter uero captis pignoribus do-
mi expectans adhuc grauiora, detinetur.
In eorum locum ſubſtituerunt lupum
ad omnes impietates recipiendas para-
tiſſimum.

Quantum hoc malum ſit, priuare
Eccleſiam fidelibus & conſtantibus
Doctoribus, & ſubſtituere lupos, nemo
facile, ne mente quidem concipere po-
teſt. At interea alijs Adiaphoriſtis
(magna enim eorum turba eſt) donati
ſunt canonicatus Miſnæ, quibuſdam
pecuniæ, quibuſdam agri & ſyluæ &
piſcinæ. Quam ob cauſam putas pie
lector? Num ex nimia deuotione? iſtis
ne igitur, qui nobis ita clam Hiſpanice
ueram religionem labefactant, conſtan-
tes concionatores pellunt, talesq; pla-
gas Eccleſiæ inſigunt & plane ob ſuum
lucrū Chriſtum produnt, parcendum
adhuc eſſet?

DICET aliquis, at magnum ma-
lum

lum
rum
contr
ad N
am co
agene
derun
coſeq
muta
papæ
fabric
qui pi
q; co
cum,
riſtar
ſyder
uertat
ſos in
eis in
eſſe u
quatu
Lypſi
fuiſſet
one ſ
N
mali,
tamer

lum ex domestico dissidio orietur. Verum sane est. Sed primum uæ illis, qui contra sua propria scripta, ut Epistolâ ad Norinbergenses & alia, contraq; suam conscientiam, ut sæpe confessi sunt, agendo huic scandalo occasionem dederunt. Adhæc longe maius malum cōsequeretur, si iam omnes unân timer mutationes suaderemus, & fenestras papæ in templum DOMINI irrepenti fabricaremus, quam quod aliqui sunt, qui pios ad cōstantiam in ueritate, eiusq; confessione hortantur, præsertim cum, si quis diligenter omnes Adiaphoristarum actiones hoc biennio actas cōsiderauerit, & scripta legerit, Animaduertat eos esse adeo imbecilles, ut, si ipsos impij ualde urserint, nec quisquam eis in faciem restiterit, nihil non cessuri esse uideantur. Plus certe scandali sequutum fuisset ex intruso in Ecclesias Lypfico Interim (quod profecto factum fuisset) quam ex mea contra illud scripti one sequutum est.

Non est nunc primum principium mali, aut tantum suspicio quædam, cui tamen obstare pium esset, sed ita progressa

gressa est ista perniciēs, ut propemodū
nobis omnes Ecclesias euerterit. Si alij
pij, qui uel mediocriter ueram religio-
nem curant, audirent eas querelas de
Adiaphoris, quas ego a pijs, prudenti-
bus & fide dignis, uiris audiui, haud
dubie aliter iudicarent. Audiui enim
grauissimos, rerumq; peritissimos uiros
deplorare hanc miseriam, quod nostri
tantum per sua Adiaphora papatum,
non solum alibi, sed etiam in septentri-
onalibus partibus promouerint, ut iam
tria regna breui Interim acceptura ui-
deantur. Et uerissimum est impios ubi-
q; abuti Adiaphoristarum autoritate in
crucifigendo Christo. Quare & in
Liuania audio iā eo multos inclinare,
ut nihil non accepturi existimentur.

Proinde pij homines, praesertim qui
in ministerio sunt, si ueritatem conser-
uatam cupiunt, serio se Adiaphoristis
opponere debent, eisq; in faciem resi-
stere, etiam si sit inter eos uel Petrus, uel
Paulus, uel aliquis summus Angelus de
Caelo. Nam profecto οὐκ ὀρθοποδοῦσι
πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὸ εὐαγγέλιον, quod ex-
perientia ipsa clara uoce clamat,

Quo-

QVONIAM ergo suasores Adia-
phoricarum mutationum toties a me
(quanquam & ab alijs multis) separa-
tim tum uoce tum scriptis admoniti
sunt, nec tamen ab istis Ecclesiæ perni-
ciosis actionibus desistere adhuc hodi-
erna die uolunt, cogor mandato Chri-
sti dicere Ecclesiæ, eosq; coram Eccle-
sia admonere,

Dico igitur inuocato Patre, Filio &
Spiritu Sancto, indicoq; Ecclesiæ Chri-
sti æditis eisdē scriptis, quibus eos pri-
uatim monui, præsentēs C H R I S T I &
B e s i a l per commentitia Adiaphora cō-
ciliationes, esse meras fraudes. Per quas
id unice agitur, ut impius papatus in
Ecclesiam Christi reducatur, (quod ip-
sime Adiaphoristæ confitentur) & A n-
tichristus in templo Christi collocetur,
ut in sequentibus scriptis latius patebit,
breuiq; Deo uolente prolixius probabi-
tur.

Quare hortor tum totas Ecclesias,
tum & singulos pios, ut hanc puram &
ueram Christi religionem, quam Deus
per Lutherum, tertiu Eliam his postre-
mis temporibus ex ingenti sua bonitate

humano generi restituit, ambabus uis
amplectentes retineamus, nec nos ullo
modo ab ea abstrahi patiamur, omnes
q̃ in uniuersum innouationes extreme
suspectas habeamus, Nam diabolus ue
re tanquam Leo rugiēs circuit, quærens
quem deuoret, nec quicquam magis cu
pit, quam ueram CHRisti religionem
corrumpere, tum enim simul uniuersas
Ecclesias uno momento deuorat,
Recordemur obsecro in hisce tantis
discriminibus illarum tam crebrarum,
solicitudineq̃ plenissimarum admo
nitionum, quibus nos primum scrip
tura, deinde etiam Spiritus sanctus per
Lutherum monuit, ut uigilemus & ca
ueamus summa solertia, ne nobis iste
mille artifex Satan aliqua ratione puri
tatem doctrinæ eripiat.

Sed nos uere tales sumus, quales
uulgus Holandos esse fabulatur. Nam
Luthero uiuente, rebusq̃ fœlicioribus
omnes diximus, *Mar Joann / ich
wil stan für tein man* / Nunc uero in
certamine, cum maxime standi tempus
esset, & *χαιρο* ne pro uno quidē stamus,
Tunc omnes uehementissimē Papam,
& im

& im
Om
mus
or, &
tur,
rum,
const
nes re
tiq̃ su
dum.
S. Eze
ri seru
V
uero
Deum
rum,
tum t
singul
ricis m
tende
seque
alijs m
deinc
us pr
M
ta Ec
Achi

& impios reprehendere audebamus.
Omnes prolixa uolumina scriptitaba-
mus. Nemo non erat Luthero docti-
or, & ueritatem constanter confiteba-
tur. Nunc, cum ædificatio Ecclesia-
rum, & conseruatio ueritatis requirat
constantem confessionem, nos in om-
nes rerum species potius uertimus, para-
tiq; sumus accedendum & conceden-
dum. Atq; ita secundum Euangelium
S. Ezeboli (non certe S. Pauli) tempo-
ri seruire uolumus.

Verum stet sane, qui uult stare, qui
uero plus uult homines timere, quam
Deum, ille timeat. Ego iterum atq; ite-
rum, coram omnipotente Deo, moneo
tum totam Ecclesiam Christi, tum &
singulos pios, ut sibi ab istis Adiapho-
ricis mutationibus caueant. Quas recta
tendere in perniciem Ecclesiæ, tum in
sequentibus scriptis probatur, tum & in
alijs nostris, aliorumq; probatum est, &
deinceps, Christo iuuante, etiam pleni-
us probabitur.

Moneo etiam coram Christo, & to-
ta Ecclesia eisdem scriptis eos, qui se ab
Achitophelibus istis sceleratis fraudibus

adhiberi passi sunt, ne pergant contra
sua priora scripta, contra suam consci-
entiam, contraq; ea, quæ sæpe & olim
& hoc tempore de istis conciliationi-
bus Christi & Belial confessi sunt, istas
impias metamorphoses Ecclesiæ Chri-
sti in Ecclesiam Antichristi, in suam
& multorum piorum perniciem pro-
mouere.

Sed reuertantur ad eum
cursum suarum actionum, quem uiuē-
te Luthero sunt secuti. Relegant tan-
tum Epistolam ad Norimb. conciona-
tores, eamq; sibi scriptam putent, neq;
enim multo alia moriens Vitus ipsis in-
dicari suo nomine mandauit. Id si fe-
cerint, non solum non ero eis inpos-
tuum molestus, sed etiam faciam omnia
ea, quæ pie a me petierint, etiamsi erūt
cōiuncta cum mea summa ignomina.

Quod si pergere uolent in pingē-
dis, & ornandis istis scleratis, in papa-
tum (ut ipsimet fatentur) tendentibus
fenestris, & iuristas aulicos sequi non de-
stiterint, omniumq; piorum monita,
preces & gemitus contempserint, testor
DEVM me eos pro ijs habiturum, pro
quibus tales Christus haberi iubet, alijs.

q; eo

q̄ eo loco habendos esse ostensurum.

DOMINus Iesus Christus, qui scit
me hæc pio animo scribere & agere, re-
gat me, ipsos, & totam suam Ecclesiam
in nominis sui gloriam, & miserorum
mortalium salutem, AMEN.

EPISTOLA M. F. ILLYRI-
ci coram Exhibita D. Philippo circiter
dies 14. post nuptias Augusti principis,
Aliquanto ante Celenfia

comitia. Anno

1548.

SI tu Præceptor obseruandis, is esses,
cuius aures ueritati occlusæ, tantum
adulationibus paterent, quærerem
apud te potius obsequendo fauorem
(quatenus quidem mihi cum pietate li-
ceret) quam uera dicendo odium. Cu-
ius fauorem & prodesse mihi plurimū
posse agnosco, & iam sæpius profuisse
grata mente confiteor. Verum cum
tibi ueritate ac candore nihil gratius es-
se multis exemplis animaduenterim, ad
hæc charitatis ac gloriæ DEI promo-
uendæ mandato urgear, non possum
facere, quin tibi ea indicem, quæ non
solum ad dignitatem tuam, sed etiam

H

4

æter.

æternam salutem & tuam & aliorum,
atq; adeo ad gloriam DEi pertinere ar-
bitror. Tu uero ea sic accipito, ut ab eo,
qui tibi uitam ipsam debere se fateatur,
ac pro te etiam effundere eam, si res po-
stulet, sit paratissimus.

Testor Deum audiuisse me ex fide
dignissimo homine, cuiq; studiosissi-
mo, qui certo affirmabat D. Augusti-
num, non ita multum ante, quam ad
DOMINum migravit, dixisse ad se &
quosdam alios inter cætera & hæc. Vos
uidebitis, isti nebulones pertrahent
Dominum Philippum in aliquem er-
rorem. Quem cum probauerit, plura
illi deinceps, statuent, eumq; sua confes-
sione constrictum tenebunt. Qui, ubi
uiderit quantum malorum consecutus
sit, incidet in mœrores, quibus tandem
contabescet. Scio ita futurum, nam &
antea sic accidit, sed tunc D. Martinus
est eum consolatus. Aliud exemplum
narrare noluit.

Hoc dictum spero, & ex animo op-
to falsum fore. Volui tamen illud,
cum sit grauissimi, prudentissimi ac
sanctissimi uiri, quemq; tu non imme-
rito

rito semper fecisti maximi, ideo nunc
tibi recitare, quod uulgo iam fertur,
Marchionem & Ferdinandum effecisse
apud Mauritium, ut ipse quam primū
mutationes quasdam, uel etiam exili-
um rerum faciat, quo ipsi deinceps
ἐν τοῖς ὁρίων ἐξω in suis regionibus, ma-
iora uel potius omnia immutare que-
ant. Idq; breui Mauritium in quodam
suo conuentu acturum esse.

Id siue ita sit, siue non, Deus uide-
rit. Cui nostras & totius Ecclesiæ ca-
lamitates commendamus. Illud certe
neq; alij pij, neq; tu ipse (ut sæpe ex tuo
sermone intellexi) dubitas Achitophe-
les istos tuæ lenitati, bonitati & simpli-
citati insidiari.

Et si autem te ipsum pro tua sum-
ma prudentia & pietate sedulo. uasferri-
morum hominum fraudes cauere non
dubito. Tamen, cum omnia occulte
gerantur, & undiquaq; partim gloria-
tiones hostium de concessis, nescio qui-
bus, partim etiam piorum querelæ affe-
rantur, uisum mihi quoq; est, ut dolori
ingenti, quo excrucior, conscientiaq;
satisfacerem, te & orare & monere, ne
H 5 quic

quicquam impijs Antichristi ministris
concedas.

Nihil enim penitus hoc tempore,
quo constans confessio ueritatis a no-
bis requiritur, a te, aut schola hac, unde
ueritas profecta est, concedi, aut in Ec-
clesia nostra mutari potest, quin ingena-
tia scandala statim per orbem terrarum
consequantur. Agnoscere autem de-
beremus satis superq; scandalorū spar-
sum esse in Ecclesia, quæ pusillos Chri-
sti subuertunt.

Quod reliquum est, commendo te,
me, & totam Ecclesiam Christo D O-
mino. Qui scit, quo animo hæc tibi
proponam, quiq; ut non dubito, me-
am in hac re uoluntatem comprobat.
Confido & te pro tuo candore hæc in
meliorem partem accepturum esse, & si
non factum penitus, certe tamen insti-
tutum nostrum probaturum esse. Be-
ne Vale.

Præfatio in syluam de Missa
M. F. Illyr. Anno 1548. Paulo ante
Iutrbacensia comitia Phi-
lippo oblatam.

Equi

EQuidem præ mœrore consumor,
miserrimum præsentis Ecclesiæ
statum considerans, eoq; aliquam-
do tecum liberius colloquor. Cui mæ-
importunitati ueniam te pro tua hu-
manitate dare spero, sicut grauitèr
ægotantibus condonare solemus, si
dolore uicti aliquid minus decorum
egerint.

Hinc est quod, etsi norim, quam
parui momenti sint mæ *ὑποθήκαι*, ta-
men intermittere non possum, quin,
quæ heri coram statim minus commo-
de exponere poteram, ea tibi scripta of-
ferrem.

Cogito enim, si iam tanto dolore
animi discrucior, cum nondum malam
cōscientiā in hoc negotio habeā, quid
fiet postea, ubi tristior rerum status fue-
rit, si quam uel minimā labem cōsciē-
tiæ uel desertæ, uel neglectæ ueritatis
habuero? Itaq; admonitus etiā pristina
mea desperatione, in qua triennio sub-
mersus fui, iudico satius esse, ut tibi has
ce meas nugas offerendo molestus sim,
ac, si quidem res postulauerit, etiam pa-
tiar aliquid, quam, ut, si quid (quod
nolim

nolim) in hac causa mali factum fuerit,
postea uermem illum pessimæ consci-
entiæ cor rodentem circumferre, ip-
samq; Dei iram sustinere cogar.

Epilogus eiusdem scripti.

Hiscæ rationibus nostra sententia
firmiter & plausibiliter defendi, & ad-
uersariorum confutari potest apud om-
nes uel mediocriter æquos iudices. Hy-
pocrytarum uero, Epicureorum & Ty-
rannorum iudicia (quia **DEVM** &
scripturam rident) non magnopere cu-
rare in ueritatis defensione & confessi-
one debemus. Dominus Iesus nobis
adsit, nosq; suo Sancto Spiritu confir-
met, ut istam causam eo animo tue-
amur, quem res postulat. Plus enim
profecto nostra lenitas, quam aduersa-
riorum argumenta huic causæ obesse
possunt.

EPISTOLA EIVSDEM

ad Philippum Melantho-
nem, missa octaua lu-

nij, anno 1549.

DOMI-

Dominus Ihesus adsit tibi, mihi &
omnibus pijs, ut ea agamus, quæ
ad ipsius gloriam, & miserarum
conscientiarum exædificationem faci-
unt, ac de quibus etiam coram tribu-
nali Christi rationem reddere possimus
Amen.

Et si iam quædam eximia sapientia
quibusdā uidetur esse, etiam in Ecclesia
& Religionis negocijs ita loqui scribe-
re, & agere, ut nō facile alij pij animad-
uertere possint, quid illi sentiant, aut
quid non sentiant, quid agant, aut non
agant, probent aut improbent. Tamen
ego in hac parte nihil habeo etiam in
intimis meis cogitationibus, q̄ quen-
quā uel alienissimū a meis sententijs ad-
modum cælare cupiam. Semper enim
mihi persuasi, ueritati & bonæ causæ
lucem obesse non posse. Te uero D.
Præceptor etiam eo minus cælare uel
debeo, uel possum, quid sentiam, quod
uix quisquam iam uiuat, cui ego sæpius
hoc anno & dimidio meam sententiam
de istis præsentibus miserijs & actioni-
bus exposuerim, quam tibi, aut cuius
ego uicissim dictis & narrationibus in
eadem

eadem sententia magis, quam tuis sim
confirmatus.

Sentio igitur, & semper sensi Adia-
phorum mutationes & acceptiones,
cum generare multiplicia scandala in
Ecclesia, ut habere quandam speciem
abnegationis, languescere, ac induce-
re in dubitationem pios, confirmare
impios (ut tuum scriptum de Adia-
phoris fatetur) contristare Spiritum
Sanctum in pijs, eorum orationem im-
pedire (ut oratio in promotione Isin-
deri recitata innuit) frangere animum
constantium doctorum, scindere Ec-
clesiam, & bonorum consensum (ut est
in præfatione istius nouæ ordinationis)
tum uero esse secundum tuum somni-
um, quod nocte tuam Guterbacensem
profectionem præcedente somniasti,
tantum fenestras quasdam, hoc est, se-
cundum tuam interpretationem, quæ-
dā *zum schein*, in speciem excogitata,
per quæ tamen ipse papatus in Ecclesia
Christi reducat.

Hisce tantis malis semper ego (ut
tutemet scis) omnes pios serio repugna-
re debere sensi & hodierna die sentio, &
pro mea

pro mea
re Chr
am si &
preffus
uiori
dolor,
pateris
strarun
quin,
te quo
DEum
Cl
per mu
ram R
uero c
aut op
ingrat
præcep
Mea ta
DEO
lumin
ex iussu
quibus
tati pi
anima
sti irru
pijs ost
cauere

is sim
Adia-
iones,
ala in
eciem
duce.
rmare
Adia-
ritum
n im-
e Ifin-
mum
re Ec-
ut est
ionis)
omni-
ensem
iafti,
est, se
qua-
gitara,
cclesia
go (ut
ugna-
tio, &
o mea

per mea tenuitate repugnaui & repugna-
re Christo iuuante deinceps cogito, eti-
amfi & haftenus propterea graui cruce
pressus fim, & in posterum fortassis gra-
uiori premar. Quoniam autem, proli-
dolor, tu secundum tuum somnium
pateris te ab impijs adhiberi isti fene-
strarum fabricationi, non poterit fieri,
quin, dū huic tuo iam operi repugno,
te quoq; non uulgariter (quod testor
DEum me inuitum facere) offendam.

Clamabunt quidem aliqui (ut sem-
per mundus facta contra Deum aut ue-
ram Religionem non magnificat, facta
uero contra hominum famam, uitam,
aut opes facit maximi) esse insignem
ingratitude[m] erga tam bene meritū
praeceptorem & meram petulantiam:
Mea tamen profecto consciētia coram
DEO ex sacris literis & Spiritus Sancti
lumine, aliter statuere nequit, quam me
ex iussu DEI debere istas fenestras, sub
quibus Antichristus latitat, & simplici-
tati piorum insidiatur, quo ipsis non
animaduertentibus in Ecclesiam Chri-
sti irrumpat, frangere, eumq; omnibus
pijs ostendere, quo, qui uolent, fraudem
cauere possint.

Non

Non aliter plane me hoc officium
Christiano fratri debere iudico, quam,
si per densam siluam iter faciens, crude-
lissimos latrones ibi uiatoribus insidi-
antes conspexissem, quos tamen DEI
beneficio incolumis euasissem, ac pau-
lo post obuius aliquibus bonis uiris fa-
ctus essem, diuino mandato obligarer
præmonere eos, ut illas latentium la-
tronum insidias uitent, etiamsi frater
uel pater meus illis latronibus coniu-
ctus esset. Quin & tanto magis iam hoc
officium proximo debeo, quanto ma-
ius est hominem in æternum exitium
abijci, quam uitam hanc, alioqui breui
perituram, aut pecunias amittere, ut ta-
ceam, quod simul etiam gloria Christi
periclitetur.

Proinde ego cum, postquam tibi
laudem summi ingenij, excellentis eru-
ditionis, eximie cuiusdam bonitatis
naturæ tribuero, tua maxima erga lite-
ras, Ecclesiam & me ipsum, merita præ-
dicauero, sicut semper hætenus feci.
Cum inquam mandato Dei & propria
conscientia coactus, tum ore, tum (si
malum creuerit) etiam publico scripto
om

omn
dadi
plici
uiola
&c. E
si ali
lipp
pont
cie ex
Phili
nimia
& hu
quad
anni
se, Id
sed et
anno
tatis p
ficio t
V
maior
sentia
lanter
ro con
tium
onem
consc

omnibus exposuero, praesentes pseu-
dadiaphororum instaurationes multi-
pliciter puritatem Religionis CHRISTI
uiolare, Ecclesiam CHRISTI destruere,
&c. Easque non ita magnificiendas, qua-
si aliquo pio, maturo & constanti Phi-
lippi consilio institutas. Sed primum
pontificum & Achitophelorum uasfri-
cie excogitatas. Deinde Dominum
Philippum eorum astutijs, sua quadam
nimia lenitate, imbecillitate, ὀλιγοψυσία,
& humana sapientia, itemque uanissima
quadam spe mortis C. ex eclipsi lunæ
anni 48. concepta, ad eas pertractum es-
se. Idque insuper non solum tuis scriptis,
sed etiam dictis ac narrationibus hoc
anno & dimidio coram me, & alijs reci-
tatis probauero, Christiani hominis of-
ficio functum me existimabo.

Vociferabuntur (ut dixi) aliqui, qui
maioris homines quam DEum, & præ-
sentia quam futura faciunt, me petu-
lanter bonis uiris maledicere. Ego ue-
ro contra dicam, me utilem pijs præsen-
tium fraudum expositionem & detecti-
onem facere, nec me eam posse bona
conscientia prætermittere, Omnes
I enim

enim Christiani, præsertim qui in alio
quo officio sūt, & in Ecclesia Christi
gradū habēt, cum animaduertunt lu-
pum in ueste ouis ad pusillum gregem
DOMini uenientem, clamare debent,
Cauete uobis miseræ Christi ouiculæ,
lupus illac aut isthac, hac uel illa pelle
tectus, uenit. Dominus autem Ihesus, si
non antea, at certe in suo extremo iudi-
cio dijudicabit, utrum illi, qui istas frau-
dulentas fenestras fabricauerunt, an ue-
ro ego miserrimus infans, qui utcumque
balbutiendo desertis Christi ouiculis
insidias istas indicare uoluerim, rectius
egerim, & unicuique secundum opera sua
rependet.

Non credis quantopere contrister
& conturber, cum lego tuam Lypsicam
orationem, (tuas enim profecto cogi-
tationes esse animaduerto, etiam si *παρα-
τιγίασ* quasdam sermonis δ *ἀρχένοκτο*
adiunxerit) non profecto ideo, quia me
odiose exagitat. Nam mihi perfacile
esset ædita Apologia, commemoratisque
uestris non fictis peccatis, & inde graui-
ssimis damnis Ecclesiæ consequutis, to-
taque mea actione ostendere, me iustis-
simis

simis
quæ a
uos fa-
uel tu
alias c
am ex
rem, S
meum
CHR
propt
bor, u
D
prim
stræ i
ganti
Eccle
doleo
agas
onib
tibus
scien
ment
quod
gitar
præf
sape
sti, N

simis causis moueri, quare ea agam,
quæ ago, nec quicquam temere contra
uos facere. Quam plausibiliter possem
uel tuam Epistolam ad Carlouicium, &
alias quasdam, uel Pomerani histori-
am exagitare, si uobis maledicere cupe-
rem, Sed testor Deum, hoc esse unicum
meum studium, ut puritas Religionis
CHRISTI incontaminata retineatur, &
propterea stylum meum ita modera-
bor, ut Ecclesiæ expedire existimauero.

Doleo igitur non meam uicem, sed
primum Ecclesiæ, quod istæ tuæ fene-
stræ in papatum degeneraturæ, tam ele-
gantibus coloribus pingantur, atq; ita
Ecclesia Christi decipiatur. Secundo
doleo & tuam uicem, quod nondum
agas pœnitentiam de istis pessimis acti-
onibus, quas sæpe & me & alijs audien-
tibus condemnasti, & ob quas te a con-
scientia reprehendi fassus es. Nihil hic
mentior. Cogita uel illud unicum,
quod mihi semel dixisti. Te sæpe co-
gitare, quod diuinitus ista scabie ob
præsentes actiones puniaris. Quam
sæpe uero mihi, Crucigero, & alijs dixi-
sti, Neminem bona conscientia delibe-

rationibus de istis mutationibus uel interesse posse. Quid autem quaeso de ea re leges scribere:

Tua illa tam mala scripta Augustam missa & attraxerunt Interim, & iam ubiq; promouet, & multos fortes Christianos passim in Sueuia, & alibi expugnarunt & adhuc expugnant, istaq; tuarum disputationes de Adiaphoris uere ubiq; pios, sicut & tuipse fateris, languefaciunt, & impios confirmant & armant. Talia tamq; Ecclesiae perniciose peccata adeo operose excusare, idq; cum scandalo pusillorum CHRISTI, qui ista Sophistica in errorem inducuntur, grande impoenitentiae scelus esse statuo.

Postremo etiam, quia semper, cum tam artificiosa mendacia lego, uehementer commoueor, ut cum legi sessiones Tridentinas, praesertim Sextam Brunsvigae, cum legi Interim Augustanum, item Lypsicum, & postremo hanc orationem. Quae omnia scripta ego non sine crebris gemitibus & fremitu perlegi. Iudico autem esse motus Spiritus Sancti, contra Satanam, patrem horum artificiorum, & ipsa artificia frementis.

Hisce

Hisce
saep
mata,
qui si
no exp
H
sto en
a quoc
cum lo
mum,
contra
nemp
Dei, &
impel
cundo
stum
obtest
tioner
rum, &
arum,
Et per
tur, ut
tristan
onem
daliza
atq; a
ex teip

Hiscē ego dolorum facibus incitatus,
sæpe cogor aliquid contra ista Sophis-
mata, uel inuitus uociferari, quæ illis,
qui similes animi stimulos & cruciatus
nō experiuntur, non semper probātur.

Hæc dilectissime Præceptor (profe-
cto enim sincerius a me dilectus es, quā
a quoquam eorum, qui blandissime te-
cum loquuntur) tibi scribere uolui, pri-
mum, quo ostenderem me nihil iniuste
contra te agere, sed iustissimis causis,
nempe mandato diuino, de dilectione
Dei, & proximi, propriaq; conscientia
impelli, ut hæc agam, quæ ago. Se-
cundo, ut te adhuc orarem & per Chri-
stum tuam, & miseræ Ecclesiæ salutem
obtestarer, ut desinas adiuuare fabrica-
tionem istarum sceleratarum fenestra-
rum, & istarum fraudulentarum insidi-
arum, in quibus ipse Antichristus latet.
Et per quæ impij quidem ita confirmā-
tur, ut etiam triumphent, pij uero con-
tristantur, languescunt, ac in dubitati-
onem inducuntur, & tam infiniti scan-
dalizantur. Hoc omnes serio pij a te,
atq; adeo tua propria conscientia, quod
ex teipso sæpius intellexi, flagitant.

I 3 Co.

Cogita obsecro uel ista politica argumenta, quæ quiuis intelligere potest,

Hostis non est confirmandus, nec nostri frangendi. At tuum scriptum de Adiaphoris fatetur, per hasce actiones impios confirmari, pios uero languescere. Igitur &c.

Ob nullam uel incertam spem non sunt res magnæ mouendæ. Vos nullam, aut perexilem spem sequutura trāquillitatis habetis. Nam C. uobis nihil pollicetur, & ut esset pollicitus, quā parum sit ei credendum, Germania suo magno malo didicit. Igitur, &c.

Hisce tute potius coniunge, qui repudiatis omnibus fenestris & simulatōnibus, puritatem Religionis, per constantem & apertam, (quod tu faciendum esse semper antea docuisti) confessionem retinere conantur, ab his tunc te istis perniciosis Ecclesiæ actionibus, & piorum rituum in papisticos metamorphosis separa. Nam hæc est uere non necessaria, imo potius impia separatio, & Ecclesiæ CHRisti tristis laceratio.

Cogita quæso quam grauitè minetur

netur Dominus ei, qui uel unicum pu-
illum Christi scandalizauerit. Audi
quæso gemitus, querelas & ploratum
miserarum conscientiarum, miserabi-
liter per istas actiones languectarum,
& consauciatarum. Cerne etiam obse-
cro cadauera Christianorum, qui iam
ob istas uestras uacillationes uel papis-
mo, uel Epicureismo, sunt iugulati. De-
sine quæso tandem contra omnium
Ecclesiarum uota, & propriam consci-
entiam, per istum periculosum callem,
aulicos iuristas sequi, quod te etiam tu-
um somnium monet, ne alicubi in pro-
fundam lacunam diuinæ iræ incidas,
ex qua eluctari postea non queas. Hoc
si feceris, polliceor me non solum non
pugnaturum porro contra te, sed etiam
supplicem tibi futurum.

Sin (q̃ Deus auertat) nō uoles inter-
mittere agere ista, quæ quā pessima sint,
uides & sæpe fateris, ne ego qdē, aut alij
pij desinem⁹ istis malis resistere. Misera-
bile hoc quidē erit, esse in Ecclesia schis-
ma, & ego sæpe Vitebergæ adhuc lid
malū deplorans dixi, Me nūquā putasse
futura adhuc ea tēpora, qbus nostri qdē

præceptores, qui tā diu Antichristū op-
pugnauerūt, cū Episcopis hostib⁹ Eccle-
siæ clā sua cōsilia conferrent, Nos uero
miseros puerulos, eorū discipulos, cōtra
ip̄os aliquid cogitare sit necesse, si pu-
ritatē Religionis retinere uelimus. Dixi
tibi etiam persæpe, Ista Adiaphora scan-
dalum & schisma in Ecclesia paritura
esse. Triste quidem igitur hoc erit, sed
tamen longe tristius esset, si omnes una-
nimiter papatui uia in templū Christi
sterneremus, eiq; fenestras aperiremus.

Me etiam hoc in istis ingentibus
miserijs consolatur, q̄ nulla spe opum
aut honorum, nullo ullius hominis o-
dio, tantum studio tuendæ puritatis
Religionis Christianæ, quod coram
Deo testari possum, hosce labores sus-
cepi. Adhæc nihil innouo, nec innoua-
tum cupio, hunc statum, quem uos ip̄i
constituistis, & tam diu defendistis,
quemq; ego pium & ad ædificationem
Ecclesiæ aptiss. esse iudico, conserua-
tum cupio. Velim non ita misere scan-
dalizari Ecclesiam, non confirmari &
de nobis triumphare impios, non pate-
fieri fenestras papatui, sed cum uos sū-
mos

mos doctores constantes esse, tum & alios ad constantiam confessionemq; hortari & animare, consolari & confirmare miseros Christianos, iam in cruce pendentes. Hoc n. esset uere pie seruire tempori.

Summa, protestor coram Christo Domino, eamq; protestationem mihi in extremo quoq; iudicio ualere uolo, me nihil prætermisisse, quod ad piam concordiam facere posse existimaui. Admonui & oraui te sapius priuatim. Sæpe assensus es, & pollicitus, te nihil porro acturum in istis conciliationibus, te potius aliquo discessurum, nec tamē ab incepto destitisti. Quare monui te coram duobus fratribus per Epistolam ad Anhalatinum, & deinceps etiam corā tota Ecclesia æditis scriptis, sed te. Moneo iam, ac per tuam & Ecclesiæ salutem, perq; gloriam Christi te obtestor, ut ab istis impijs Christi & Belial conciliationibus tandem desistas, tuæq; conscientiæ, ac saluti & aliorum miserorum hominum consulas.

Ego cupio cum omnibus Christianis, & præcipue tecum summam conjunctionem habere, sed in Christo, id est,

est, ita ut nostra coniunctio ad confir-
mandos, consolandos & ædificandos
pios, languefaciendos uero & destru-
endos impios, tēdat. Et ut Antichristo re-
sistatur, non ei fenestræ fabricentur &
aperiantur.

Ah satis furiosi sunt ipsi Papistæ in
introducenda sua abominatione deso-
lationis in templum Domini. Nihil est
neceffe, te eis fenestras aperire, obstruito
eis potius omnes aditus, siquidē adhuc
nostrarum partium es.

Hæc tibi Doctissime Vir pro ingen-
ti dolore animi mei, ac perniciosarum
istarum actionum odio, aliquanto libe-
rius scripsi. Tu uero rerum ipsarum ue-
ritatem, minime indulgens affectibus,
perpendito. Nam profecto ego non sū
tuus inimicus, sed istarum fenestrarum
tantū, multo uero minus illa odi, quæ
tu erudite, pie & utiliter scripsisti. Lo-
cos communes tam nollem perire, quā
nollem meipsum misere perire. At-
q; utinam tibi iam liberet potius con-
stanter confitendo & Antichristum
condemnando tuis pulcherrimis scrip-
tis & actionibus confirmationem
& ue-

& ueluti sigillum quoddam apponere,
quam sic in gratiam, nescio cuius uacila-
lando, & miseras conscientias languefa-
cere, & cum tuis scriptis, tum & toti
Euangelio fidem derogare.

Responde obsecro. Si quid enim
uere monueris me rectius aliter & Ec-
clesiæ utilius agere posse, libenter pro-
fecto non solum tibi, summo uiro, sed
etiam minimo puerulo, ut Augustinus
inquit, parebo. Bene uale. Data Mag-
deburgæ Iunij. Anno 1549.

Epistola M. F. Illyrici ad D. Iac-
cobum Milichium, Rectorem
Scholæ Vittenbergensis.

Magnifice domine Rector, uir do-
ctissime, & compater dilectissi-
me, appello te iam paulo liberi-
us hisce meis literis, tum alijs rationibus
fretus, tum quod sciam ὅτι καὶ σὺ πᾶσι
ἐπίστασαι μέλιχος εἶναι.

Primum autem gratulor tibi hanc
rectoriam dignitatem, ac precor Deum,
ut tum Ecclesiæ, ad conseruationem
puritatis in religione Christiana, tum &
tibi,

tibi, ac toti cœtui Scholæ istius sit salu-
taris.

Deinde te uehementer oro, ut, quo-
niam ὁἰδαὶ ἁγίασμα πάντα, & iam es pub-
lica autoritate instructus, uelis omni
cura & conatu in hoc incumbere, quo
intermittantur istæ funestæ Belial &
Christi conciliationes. Ex quibus scan-
dala, intestinæ in Ecclesia dissensiones,
impietatum papisticarum restituenda-
rum certæ occasiones, ac uariæ Ecclesi-
arum, miserarumq; cōscientiarum per-
turbationes oriuntur.

Hæc omnia mala ex istis mutatio-
nibus oriri, & plane nihil boni, tu ipse
probe nosti, quin & tristis experientia
hoc ipsum iam euincit.

Paucis diebus ante, quam Vitten-
berga discessi, narrauit mihi quidam
tuum quoddam cum Domino Præ-
ceptore colloquium, qui interfuit. Aie-
bat te dixisse, Domine Philippe, meint
jhr / das der Keyser wird zu frieden
sein / mit dieser ewer reformation? re-
spondisse uero illum, Was sol er zu
frieden sein? Er wil trawen haben/
das man das ganze Interim halte.

Tum

Tum subiecisse te, worumb bleibt ihr
denn nicht/bey den vorigen Caremo-
nien? worumb wolt ihr denn vn-
nützliche verendrung machen? dixisse
uero illum, wir müssen was zuthun
haben. Cessaret potius, quam in tanta
re tam temere luderet

Decet igitur te M. D. Rector cum
pro tuo erga D. Philippum amore, tum
& officio, ac Ecclesiæ & Scholæ debita
opera, summo studio laborare, ut istæ
mutationes, & religionis corruptelæ o-
mittantur, quo domestica dissidia, &
schismata ex Ecclesia tollantur.

Ego profecto, quod DEVS nouit,
percipiam cum istis hominibus con-
iunctissime uiuere, quos tum eruditio-
nis, tum præstitorum officiorum, tum
etiam pietatis nomine amavi & colui,
Nec certe delector isto ἐμφυλίου καὶ ὁμο-
γενεῖς πολέμου. Verum rursus tam pa-
rum Ecclesiam Christi diligere, & DE-
um timere non possum, ut queam pati,
ea Ecclesiæ p̄ pijs ac salutaribus propo-
ni, quæ ego cum ex ipsorum ore, tum
aliunde, atq; adeo ex ipsa experientia
cognoui, perniciosa esse.

Scripti

Scripsi de hac re nuper ad DOMI-
num præceptorem, & iam ad totam
Scholā scribo, ne quid prætermittam,
quod in tali rerum statu a me iure re-
quiri posset. Peto igitur a te, ut de hoc
scripto ad Scholam referas, utq; rem,
quantum potes, ad piam concordiam
inclines, ac responsum mihi dari cures.

In scripto hæc summatim ago, red-
do rationem meorum factorum. Pro-
bo præsentēs mutationes esse Ecclesiæ
perniciosas. Peto, ut ab ijs desistant.

Id si fecerint, polliceor me uel sup-
plicem eis futurum. Sin uero uelint
pergere in excusandis & promouendis
istis actionibus, quas ipsi sæpe pessimas
esse confessi sunt, significo me bona
conscientia intermittere non posse, quo-
minus fucos istis fraudibus illitos de-
tergam, ipsasq; fraudes omnibus osten-
dam, quo, qui uolent, eas uitare possint.

Profecto uehementer cupio (de
quo animo meo extremum illum iudi-
cem testem uoco) cum omnibus ho-
minibus unum esse, sed in Christo. Id
est, ut nostra concordia Ecclesiæ sit sa-
lutaris, & non seruiat restituendis abo-
minatio-

OMI.
totam
mittam,
iure re-
de hoc
rem,
ordiam
cures,
go, red-
a. Pro-
Ecclesiæ
ant.
uel sup-
uelint
ouendis
essimas
e bona
ffe, quo
tos de-
s osten-
possint
io (de
m iudi-
bus ho-
sto. Id
æ sit fa-
lis abo-
inatio.

minationibus Papisticis. Id si mihi cō-
tingere non potest, uolo ego cum Chri-
sto unum esse, etiam si mihi omnes ho-
mines inimici habendi essent. Si enim
Deus pro me, non timebo, quid mihi
faciet homo?

Dominus Iesus regat T. M. ipsos &
me, ut ea agamus, quæ & Ecclesiæ salu-
taria sint, & de quibus etiam coram ex-
tremo illo, seuerissimoq; iudice ratio-
nem reddere possimus. Frustra enim
hic hominibus animum, consilia, &
actiones nostras probabimus, si coram
illo tremendo iudice eas probare non
quierimus.

Saluta amanter DOMinum Præ-
ceptorem, cui ego profecto bene cupio,
& tuam cōiugem honestiss, Bene uale.

Scheda clausæ Epistolæ inserta,

Postquam iam hasce literas scrip-
seram, intellexi nostros Dominos nihil
minus cogitare, quam uel de intermit-
tendis istis nouis mutationibus, uel de
concordia domestica: Velle etiam, ne-
scio

scio quod prolixum scriptum ædere,
quo pingant, & fucent istud nouum In-
terim.

Id quanquam sperabam uanum
esse, tamen uolui uobis indicare, si ita se-
rem habere comperero, me quoq; co-
actum iri, ut & hoc scriptum & Episto-
lam nuper ad Dominum Præcepto-
rem missam ædam. Quidenim aliud
facerem?

Siquidem illi sibi tantum indulge-
re uolunt, ut ea defendere, ac pro bonis
Ecclesiæ Christi obtrudere uelint, qua-
tum experientia, tum eorum conscien-
tia, quin nonnunquam & os mala esse
pronunciat, dent quoque mihi & alijs
ueniam, si per hasce fraudulentas fene-
stras, abominationem papisticæ defo-
lationis in Ecclesiam Christi introduci
pati non poterimus. Vale iterum.

APOLOGIA M. F. Illyr.
AD SCHOLAM VITEBER-
gensis, missa 23. Iulij, anno
1549.

SI ita iam omnia esset nuda & aperta
coram humanis oculis, sicut coram
Deo sunt, ac in extremo iudicio coram
Christo iudice, & illo celeberrimo toti-
us Ecclesiae conuentu erunt, sique sic pro
suo merito cogitationes dicta, & actio-
nes omnium aestimarentur, sicut co-
ram illo seuerissimo iudice aestimabun-
tur, & iam aestimantur: Non dubito,
quin perfacilis mihi esset in hoc praesen-
ti negotio causae dictio, uel potius nul-
la extaret accusatio.

Nunc uero primum o Deus bone
quantum caecae noctis humana pectora
habent: quamque saepe etiam in mani-
festa ueritate, ut talpae in clara luce (ut
philosophus inquit) caecutiunt. De-
inde adsunt & adfectus uarij, qui pessi-
mi consiliarij, ubi dominari incoeperint
haud raro ueluti effrenes quidam equi a
recto itinere, curriculoque humanam me-
tem transuersam rapiunt. Inde fit, ut
persaepe meliora cernentes, probantesque
deteriora ultro sequamur, alijsque, ut idem
faciant, persuadere prohi pudor con-
mur.

Quare ego (sicut & tota Ecclesia
K cum

cum sua causa) cum hoc negocio resur-
rectionem mortuorum, & extremum
illud incorruptissimumq; iudicium ex-
pecto: nihil dubitans, quin, sicut iam
Spiritus S. in meis ad DEVM gemitu-
bus conscientiae meae testimonium in-
nocentiae prebet, in eo quod istis Eccle-
siae deformationibus resisto: Ita etiam
in extremo die DOMinus Ihesus sit me
ab hominum iniquissimis iudicijs splé-
dide absoluturus.

Fouet me etiam suauiter læta quæ-
dam consolatio de breuitate intercessu-
ræ moræ: Non quod diuinem extremū
illum diem post unum uel alterum mē-
sem aut annum futurum esse, sed quod,
nescio quomodo, quotidie magis ac
magis & breuitatem finiti huius tem-
poris, atq; adeo totam hanc uitam con-
temnere, & aternitatem futuræ illius ui-
tæ magnificare incipio. Vt interea mi-
hi uidear iuuante Christo non nimium
ægre cum infamiam paupertatemq; tu
& Satanæ, Antichristi, & impij istius
mundi odia laturus, eiusq; munuscula
& honores (modo mihi salua sit con-
scientia) contempturus.

Quare

Quare, quod ad meam sane priua-
tam utilitatem attinet, propemodum
libentius hanc scriptiorem neglexissem.
Verum moueor miserorum hominum
salutis æternæ periculo. Audio enim
quosdam hoc callide agere, ut me in
odium bonorum adducendo totam
hanc causâ de retinenda præsentî Chri-
stianæ religionis puritate (quam & ego
nonnihil attigi) eisdem inuisam effici-
ant.

Huc accedit, quod, cum Petrus præ-
cipiat, ut simus parati ad apologiam,
quando a nobis ratio exigitur, publici
isti clamores, & iam ædita scripta, qui-
bus iniuste accusor, non tantum scrip-
tam, sed etiam impressam apologiam
flagitare uidentur.

Proinde cõgor breuiter uobis uiri
doctissimi mearum contra præsentem
mutationem actionum rationem redde-
re, ut omnes boni agnoscant, & me &
causam hanc lucem non defugere, &
ueris firmisq; rationibus defendi posse.

Moneo autem omnes delicatas au-
res, quæ (ut ille inquit) suauius quam
salutaria audire malunt, ut, hoc scriptũ

non cognoscant. Nam mihi in eo est
animus quam simplicissime, & quam
maxime serio potero, ueritatem dicere,
nec me in eo tam ad humanas aures, cū
semper alias, tum inprimis hoc tempo-
re, nimiam adulationibus assuetas iu-
diciūq; quam ad præscriptum Chri-
sti, eiusq; extremum iudiciū accom-
modare.

Simul autem & illud uolo orare
æquum lectorem, ut si in hac mea apo-
logia aliquorum errata attingere co-
actus fuero, non mea id culpa factum ex-
istimet, sed ipsorum, qui primum læ-
dendo bonas mentes, querelis, postea
uero sua crimina alijs tribuendo, apo-
logiæ occasionem præbuerunt.

Quandoquidem autem non mea
profecto hic, sed Christi ipsius causa a-
gitur, inuoco Dominum Iesum, ut quo-
niam a patre cœlesti ad hoc missus est,
ut destruat opera Diaboli, estq; præcipu-
um opus Diaboli etiam mēdacium, ac
uerborum sophistica, quibus rei ueritas
inuoluitur & obscuratur: Vt, inquam
tum meam mentem & os regat, quo ea,
quæ uerissima, ipsiq; gratissima sunt,
dicam,

dicam, tum & aliorum animos suo spiritu ac timore ita emolliat, ut ea, quæ uere pieq; a me dici intellexerint omnibus humanis affectibus abiectis, toto pectore amplectantur, rebusq; omnibus uicti & condemnati huius mundi longe præferant.

AC PRIMVM quidem, quoniam hoc multis, qui ea, quæ præcesserunt, ignorant, perabsurdum uidetur, subitiq; alicuius affectus suspicionem præbet, me nouum hominem, nuper quasi repente, & temere in hoc theatrum erupisse, oportet me breuiter præcedentia quædam recensere, ut agnoscant meæ uitæ & actionum conuenientem harmoniam, minusq; offendantur, dum sibi omnia in nostris rebus probe constare animaduernerint.

Ego (quod Dominus nouit) etiam antequam doctrinam Lutheri cognouissem, & pacem conscientiæ, & ingens gaudium in Spiritu S. sensi, pietatem ac sacras literas amaui, & persæpe toto pectore exoptaui aliquantulum in theologia proficere, quo possem aliquandiu Ecclesiæ Christi inseruire ac postea ad Dominum commigrare. K 3 id

Id cum mecum agitare, quo nam
modo efficere possim, nulla uisa mihi
tandem est commodior ratio, quam, ut
fierem monachus, quoniam tantum
in monasterijs apud nos theologia do-
cetur, soliꝑ Monachi concionantur,
Eo constituto, adij Monachum quem
dā uxoris mei auunculi fratrem, nec in-
doctum nec impium (qui tunc aliquot
monasterijs præerat, iam autem Vene-
tijs annum septimum in uinculis Chri-
stum constanter confitetur) petens, ut
me in suum collegium reciperet, ac uel
Patauium uel Bononiam mitteret, quo
ibi in illis celebribus monasterijs sacris
literis studerem. Pro eo officio polli-
cebar me mediam paternæ hæreditatis
partem ei largiturum esse.

Collaudauit primum meum insti-
tutum, postea uero, cum per aliquot
hebdomadas me sibi familiariorem
effecisset, exposuit instaurationem Euā-
gelij per Lutherum factam, ostendit li-
bros, & ut in Germaniam, nō in mona-
nasterium, si theologiæ operam dare
uellem, proficiscerer, consuluit. Quod
consilium statim admodum alacriter
lætus

læt⁹ amplexus sū, ac post paucas hebdo-
madas in Germaniam sum profectus.

Sub idem tempus, sine ullis malis
doctoribus, aut ullo graui scelere incidi
& in tentationes grauissimas, desperati-
onem, ac ipsissimum infernum, in quo
triennium fui, subinde crescente malo,
uno uero anno decrecente. Quo tem-
pore iram Dei, Tyrannidem Diaboli in
miseros homines, & uaria eius ignita te-
la, uim peccati, maliciam ueteris Ada-
mi, & eius odium ac furorem contra
Deum sensi, & ueluti coram contem-
platus sum. Interea rarissimas ac bre-
uissimas Spiritus Sancti, consolationes
sensi. Nec dubitabam, quin in me
conueniret illud dictum Christi. Deus
meus quare dereliquiste me? Longe a
salute mea abes, &c. me plane reiectū es-
se iudicabam, Et sapissime de morte co-
gitauī. Dominus tamen me pro sua im-
mensa misericordia custodiuit.

Sub finē anni tertij cū Vitembergæ
cohabitarem, D. D. Friderico Backofē,
tūc Ecclesiæ diacono, malūq; adeo cre-
uisset, ut non dubitarem, quin mihi bre-
ui pereundū esset, cerneretq; is me adeo

perturbatum esse, ut studere non possem, cogebat me tandem cōfiteri, quid mali haberem. Intellecta re, consolabatur me diligenter, orabat mecum. Efficiebat, ut Doctor Pomeranus me perduceret ad D. D. Martinum Luth. Qui cum proprio exemplo, aliorumq; & uerbo Dei me consolatus esset, Ecclesiāq; pro me preces fecisset, cœpi indies melius habere, ita ut in uno anno mediocriter conualuerim.

Quod tam diu malum durauit (monere enim alios uolo, ut meo malo edocti, sibi caueant) haud dubie nihil perinde in causa fuit, ac meum silentium, nemini enim eo toto triennio rem integre aperui. Nam non tentari me, sed plane abiectum esse existimabam. Hæc ideo commemoro, ut intelligatis, me doctrinam Ecclesiæ non tantum lectione, ociosaq; speculatione, sed etiam ipsa experientia cognouisse, meq; minime esse non tentatum Christianū, quod D. Martinus in theologo præcipue requirebat, & scriptura in ipso Christo commendat.

Possẽm uere & alia multa eaq; certa signa

signa cum præsentiæ Dei, me perpetuo
iuuantis & tuentis, tum Satanae mihi &
in alijs rebus, imprimis uero in studijs
resistentis, commemorare, nisi & breui-
tati studerem, & gloriari uelle uiderer.
Verum ego, quæ hic scribo coram Deo
scribo.

Fui annis 10. in Germania, primo
anno Basileæ, secundo Tubingæ, se-
quenti octennio Vitebergæ, quo tem-
pore nec uoluptatibus, nec opibus, nec
honoribus consequendis uacauit. Incu-
bui pro mediocritate ingenij mei sacris
literis & ijs artibus, quas mihi ad intel-
lectum sacrarum literarum profuturas
existimaui. Doctrinam harum Ecclesi-
arum esse ipsissimum DEI uerbum ag-
nouit, eamq; toto pectore amplexus sū,
& econtra Papam uere Antichristum
esse statui, ipsumq; & eius errores ac a-
busus ex animo execratus & detestatus
sum. Semper eo tempore quieti & tran-
quillitati studui, nec quicquam turba-
rum in Schola aut Ecclesia excitaui, uel
excitare cogitaui, quod plurimi norūt.

Visum est interea Scholæ & Illus-
trissimo Principi Ioanni Friderico mi-

K S

hi Hæ

hi Hæbreæ lectionem demandare, eā
pro mea tenuitate, ut potui iā aliquot
annis legi.

Post istud impium bellum reuoca-
tus a Rectore, ad lectionem meam re-
uersus sum. Ab eo tempore iam est an-
nus & dimidius, quo toto tempore
quam serio cum D. Philippo scriptis, &
uoce egerim, quod nihil sit conceden-
dum aduersarijs, ipsemet optime nouit
idem egi (quanquam parcius) & cum
alijs lectoribus. In causa fuit, quia cum
ex scriptis quibusdam ultro citroq, &
præcipue Augustam missis, & tam cre-
bris conuenticulis, tum ex coram audi-
tis uocibus animaduerti, ueluti a longe
nubeculam quandam ὀλιγοπιστίας, quā
uerebar ne Ecclesiæ magnam tempesta-
tem excitaret. Sicut postea accidit.

Crescente deinde malo, auxi & ego
conatus, quibus ei infortunio repugna-
re uolui. Factus sum propemodum
omnibus doctis isthic supplex, ac petij,
ne quid concederetur hostibus, & ut
monerent eos, qui supremo loco sunt,
ne quicquam concederent. Attuli fir-
mas rationes, quare nihil concedendū
sit,

fit, q̃a Papa sit Antichristus, & aduersa-
rij nostri sint hostes Dei, q̃b⁹ nihil grati-
ficandum sit, q̃a sint sequutura ingētia
& multiplicia scādala, & schismata ubi-
q; per orbem terrarum, quia aperiatur
fenestra omnibus papisticis impietati-
b⁹, quia hostes non sint futuri istis mu-
tationibus contenti, quia tātum simus
aucturi animum impiorum, ut de Chri-
sto & Ecclesia eius triumphant, &c.

Interea & scripta tria uulgari ser-
mone adidi, in quibus an meam glori-
am, uel opes quæsiuerim, uel potius tan-
tum piorum confirmationem, & impi-
orum debilitationem, etiam ipsæ in-
scriptiones indicant, in quibus meum
nomen adiectum non est. In omnibus
quoq; illis scriptis teste illos monui,
quos animaduertebam magis fugitare
lupos, quam strenue aggredi & oues
Christi tueri. Sed quā parum eos moue-
rim, res ipsa magis ac magis iudicauit,

Itaq; paulo ante Cellensia comitia,
cum intelligerem malum iam esse pro-
foribus, adidi breue scriptum uulgari
lingua, titulo quod nihil sit mutandū.
Illudq; idem latine tunc paulo prolixi⁹
descrip-

descriptū D. Maiori corā obtuli. Oraui
& M. Paulum, ut de eadem re scriberet.
Intellexi tunc ex quodam fide dignissi-
mo homine, D. Pomeranum iurasse
sibi, quod Theologi concluderint, se ni-
hil uelle concedere, atq; (quantum tunc
ex ipsius & aliorum etiam theologorū
dictis intelligere quibam) mediocriter
animati ad comitia profecti sunt, ea co-
gitatione, quod plane nihil uelint ho-
stibus Dei concedere. Cum iam essent
in comitijs, misi eis Epistolam, in qua,
quantum potui, plane serio eos ad con-
stanter tuendam religionis Christianæ
puritatem hortatus sum. Cui Epistolæ
ideo meum nomen non apposui, quod
eam sic plus authoritatis habituram ex-
istimabam.

Verum post finem comitiorum
statim sparsi sunt rumores quidam mi-
nime incerti, longe diuersi ab ea spe,
quam ego ex prius auditis eorum uoci-
bus conceperam. Iidem post Gyterba-
censia comitia etiam magis aucti & cō-
firmati sunt. Tandem Lypsiae nouum
istud Interim in tam multis conuenti-
culis scriptitatum & conceptum, sub
nomi-

nom
est, q
tas m
olog
aud
& Isl
genfi
prom
iustis
mora
Jo ue
P
us rep
um n
repen
istis E
resiste
mul
menc
simi l
nescio
quas i
excog
tibus
enim
eis fur
quicq

nomine Theologorum promulgatum
est, quod cum ego legissem, & tam mul-
tas multorum querelas de nostris The-
ologis undiquaq; afferri intellexissem,
audirem q; & in Marchia, & in Francia,
& Islebij, & in Episcopatu Magdebur-
genfi per *ἀντίστασις* fere totum papatum
promoueri, nec nostros contradicere,
iustissimis causis (quas postea comme-
morabo) motus sum, ut putarem pau-
lo uehementius malo resistendum esse.

Hæc uere (quod Deus nouit) alti-
us repetere uolui, ut ostenderem & De-
um mecum esse, & me non nunc primū
repente hunc animum, ut scilicet serio
istis Ecclesiæ Christi perturbationibus
resistendum putarem, concepisse, ac si-
mul agnosceretis, uanissima esse ista
mendaciola, quibus me quidam uanis-
simi homines aspergunt, quod propter,
nescio quas repulsas, aut alias causas,
quas illi, de sua causa diffusi, maliciose
excogitant, ad repugnandum præsen-
tibus actionibus sim incitatus. Ego
enim repulsam passus non sum, nam ab
eis functionem non petij &, antequam
quicquam istorum accidere potuit an-
num

num integrum adhuc, cum D. Philip,
existimabatur profecturus ad concili-
um Tridétinum, saepe & quidem ualde
serio egi cum eo, ne quicquam conce-
deret, idemq; ut alij quidam agerent, la-
borauī, idem petij & a D. D. Crucigero
piæ memoriæ.

Antequam D. Gasparus mortuus
est, & tam, cum iam moriturus existi-
mabatur, scripsi libellum, quod nihil
sit mutandum, quem Germanicum
quidem tunc statim edidi, latinum ue-
ro ita scriptum, ut postea æditus est, D.
Maiori (ut prius dixi) in manus dedi.
Quod factum profecto non fuit eius,
qui aliquos honores, aut opes, uel apud
Theologos, uel apud principem ambi-
ret, præsertim autem quod in latino fe-
ci collationem Petri per mare ambu-
lantis, cum huius temporis Theologis.
Quare hæc & alia, (quæ subinde noua
excogitari intelligo) tā falsissima cōuici-
ola bene mihi cōscius, facillime rideo.

SED iam proprius, ad reddendam
factorum meorum rationem, accedam,
Primum illud certe uerissimum est,
istas præsertim mutationes, præsertim cū
ab

ab ist
ciosas
co pr
quan
oqui
M. P
& Ha
Epist
ria m
ris sec
eiusd
mem
Theo
uiter,
I
per p
natio
nisi g
tis p
religi
Frang
tura l
Quid
nem
ciuita
num
care,

Philip,
concili
m ualde
a conce
erent, la
ucigero
mortuus
s existi
od nihil
anicum
um ue
s est, D
us dedi
fuit eius
uel apud
n ambi
atino fe
e ambu
eologis
de noua
a cōuici
rideo.
dendam
ccedam,
um est,
ertim cū
ab

ab istis summis uiris fiant, plane perni-
ciosas Ecclesiæ esse. Neq; id in hoc lo-
co prolixius probabo, ne librum poti⁹
quam Epistolam scribere uidear, & ali-
oqui scripsit da ea re erudite & copiose
M. Paulus. Attigerunt eam materiam
& Hamburgenses Doctores, qui in sua
Epistola diligenter enumerarunt inge-
ria mala ex istis commentitijs adiapho-
ris sequutura. Extant & nostra quædam
eiusdem argumēti, ea omnia hic lector
memoria repetet. Tantum ipsorum
Theologorum testimonia de ea re bre-
uiter, & sine sophistica recensebo.

In scripto de Adiaphoris scribunt,
per præsentēs actiones significari incli-
nationem ad aduersarios. Quid hoc est
nisi genus abnegationis? Quæ, in tan-
tis præsertim uiris, quam Ecclesiæ &
religioni perniciosa sit, dici non potest.
Frangit profecto etiam eos, qui, ut scrip-
tura loquitur, leonina corda habuerūt.
Quid autem quod talem abnegatio-
nem etiam suadent integris non tantū
ciuitatibus, sed regionibus quoq; V-
num hominem non confiteri, sed indi-
care, se inclinare ad aduersarios nefariū

cri-

crimen est. Quanto magis integras Ecclesias, easque simul multas. O uae hominibus, per quem uenit scandalum.

Item, Contristari pias mentes, Quid hoc aliud est, quam contristari Spiritum Sanctum in pijs mentibus? Item confirmari impios, languescere, & in dubitationem induci pios. Quid hoc aliud est, quam semel infinitos homines grauissime scandalizare, & tandem eos ad aeternum exitium perducere, & gloriam Christi uiolare?

Quid aliud quaeso facit Diabolus omnibus suis machinis, nisi hoc ipsum, ut scilicet impios in sua impietate confirmet, & pios languefaciat, & inducat in dubitationem? Nam homines industi in dubitationem, ut iam nutent, & secum cogitent, sicuti profecto iam infiniti cogitant. Ego uideo istos nostrum summos Doctores talia & caetera, agere. Proculdubio, si quid ueritatis in hac doctrina fuisset, isti homines constantius egissent. Ego nescio, quae sit uera aut falsa religio. Quis nouit? fortasse omnes religiones sunt tantum hominum figmenta. Iam mihi imminet periculum

gras Ec-
e homi-

mentes,
ntristari
ntibus:
efieri, &
Quid
itos ho-
& tan-
erduce-

diabolus
e ipsum,
ate con-
inducat
ines in-
nurent,
to iam
stos no-
cætera,
itatis in
es con-
quæ sit
it: for-
um ho-
nminet
pericua

periculum paupertatis, exilij, mortis,
&c. propter istam doctrinam. Ego ne
pati hæc tanta mala uelim propter istas
quorundam contentiosorum homi-
num disputatiunculas: non faciam.
Si possunt ipsi tanti doctores tam mul-
ta concedere, ego laicus possum longe
plura. Languefactus & in dubitatio-
nem de religione inductus non potest
orare. Qui non orat, mancipium Sa-
tanæ est.

In eodem scripto est, quod propter
præsentes actiones triumphent impij,
nempe de Ecclesia triumphant, & si
impij triumphant, triumphat & Satan
de Ecclesia & Christo. Triumphare au-
tem impios cum suo patre Satana de
Ecclesia & Christo, res est longe horri-
bilior, quam ut uel mente concipi, uel
sermone exprimi queat.

Miror, ita me Deus amet, quomo-
do talia scribere potuerit autor, & non
totus conscientia tanti sceleris cohor-
ruerit, ueritusq; sit, ne eum propter ta-
lia facta Deus statim ad inferos fulmine
protrudat.

Ah cogitemus quæso, quam graui-
ter

L

ter

ter CHRistus minetur ei, qui unicu-
eumq; minimum Christianum scanda-
lizauerit, quo possimus intelligere, quā
gravis ira Dei eos maneat, qui integras
Christi Ecclesias semel, ita languefaci-
endo, & in dubitationem inducendo
subuertunt. Satiū profecto eis fuisset
non solum pati se alligata mola asina-
ria ab hispanis in profundum Albis a-
biji, sed etiam (si possibile esset) sex-
centis crudelissimis mortibus necari.

In Epistola ad Hamburgēses scrip-
tum est : Gubernatores hoc agere, ut
umbram disciplinæ, non rem ipsam
restituant. Huiusmodi umbratili refor-
mationi, uel potius Ecclesiæ Christi de-
ceptioni & delusioni Christi, quare illi
tanti uiri inserviunt? præsertim cum in
eadem Epistola fateantur, multorum
uoluntates eo spectare, ut per istas mu-
tationes fiat inclinatio ad omnes Pon-
tificios abusus. Et interea declamitant
esse faciendas mutationes, quia sit ne-
cessarius ordo, & necessaria disciplina
in Ecclesia. Quod quid aliud est, quam
Christo spineam coronam imponere,
quæ habeat quidem umbram & speciem
quan-

quano
rum f
gatq
In
dinat
ones
gema
ruttu
us, præ
quo a
& fra
unita
decla
ter &
N
profe
auit D
dam
rio, u
indig
esse, u
missa
Phil.
litem
um,
fenes
was

quandam coronæ & ornamenti, cate-
rum sit ei ad ludibrium imposita, pun-
gatq; ei caput miserabiliter.

In præfatione in nouam istam or-
dinationem est, quod per istas mutati-
ones werden die Pfarherē vnügigē
gemacht / vnd wirt daraus viel zu-
ruttung folgen / quo malo quid tristi-
us, præsertim hoc tempore, esse potest,
quo alioqui Satan per papistas nos ui-
& fraude oppugnat: Abeant iam ac de-
unitate, concordiaq; Ecclesiæ pulchre
declamitent, eiusq; perturbatores duri-
ter & acerbe accusent.

Nocte præcedente eam diem, qua
profecti sunt nostri Iuterbachiū, somni-
auit D. Præceptor, se rogatum a quo-
dam uicino milite impetrasse a uitra-
rio, ut ei fenestras faceret, ac paulo post
indignabundum uitrarium questum
esse, uoluisse militem, ut illi papisticam
missam recitaret. Id somnium ipse
Phil. sic interpretatus est, ut diceret mi-
litem esse ipsum principem, se uitrari-
um, petere principem a se, ut ei faciat
fenestras, id est, aliquid in speciem, et
was zum schein / reuera autem omnia
quan-

quæ aguntur eo tendere, ut papistica
missa & papatus restituatur.

Hic iam omittam, quod Philippi
somnia diuinum quiddam sæpe habe
re uideantur, fierique possit, ut diuinitus
monitus sit de istarum pessimarum
actionum euentu. Illud tantum dicam,
si ipsemet sic de præsentibus actioni
bus sentit, quod sint umbræ & præsti
giæ quædam, per quas Papisticæ abo
minationes reuehantur, cur eas adiu
uat: cur eas excusat: cur eas contra con
scientiam pingit: Cur nobis imperitis
Christi pusillis, uelut cæcis quibusdam,
ante pedes offendiculum & laqueum
ponit:

His addere possem longe plura pri
uatim dicta ad me & alios, quibus li
quido probarem, ipsum Dominum
præceptorem in corde, & conscientia
sua sentire istas præsentis actiones exi
tiales Ecclesiæ esse, sed illa in aliud rem
pus, ueluti pro extremo quodam reme
dio, seruabuntur. Ex istis ipsorum testi
monijs clare quisque intelligere potest,
quid de præsentis Ecclesiæ perturbatio
ne sentiendum sit, qui modo plus De
um

um quam homines timendo uult sta-
tuere, lucem esse lucem, tenebras esse te-
nebras, amarum esse amarum.

HOC igitur modo cum & ego de
præsentibus Christi, & Belial concilia-
tionibus sentirem, uideremq; me fru-
stra priuatim non tantum ipsi, sed &
alijs multis supplicare, quanquã (quod
Deus nouit) ægerrime ab ijs abstrahe-
rer, quorum gratiam semper retinere
cupiuissem, prospicerem etiam homo
peregrinus non tantum paupertatem,
exilium & infamiam, sed etiam alia ua-
ria, eaq; grauissima incommoda, quæ
uel mihi, uel meis accidere possent: ta-
men tandem utilitati Ecclesiæ & glo-
riæ Dei magis seruiendum putauit, quã
ullis humanis rebus.

Itaq; cum Lypsiæ promulgatum
esset istud nouum Interim, nostrorum
Theologorum nomine, & autoritate
armatum, & audirem pios homines,
non tantum in Misnico principatu, sed
etiam in alijs regionibus accusare, & li-
bri impietatem, & nostrorum silenti-
um, qui ædito scripto non confiteren-
tur se illas impietates improbare, præ-

retea & impios, ut Islebius, D. Interim,
& alios in publicis coetibus circum-
quaq; gloriari, & uociferari, nostros ne-
scio quid non probasse, nostrorumq;
silentio eum rumorem confirmari, cu-
piui nouum istum librum uidere. Eum
cum non sine magno dolore, & mul-
tis gemitibus perlegissem, animadu-
erui tales ibi generalitates, ambiguitates,
& alias Sophisticas fraudes, ut totus
propemodum papatus per eas in Eccle-
siam Christi introducatur.

Vnde ingenti dolore affectus, co-
gitabam mecum, en iam uides, quid
tam multa conuenticula, & secreta cu
hostibus Dei confusurationes pepere-
rint, & simul deplores Ecclesiam ui-
cem, quod ex tanta luce Euangelij Iesu
Christi sciens & uolens, tam cito, tamq;
turpiter in Aegyptias Antichristi tene-
bras redire debeat.

Eo dolore animi ac indignitate rei
motus primum sedulo laboravi in hoc,
ut summi in nostra Ecclesia ei impieta-
ti resisterent, monui eos & ipse coram,
& per alios, ut admonerentur curavi.
Deniq; nihil non moui, quod ad eam
rem

rem profuturum sperabam. Verum
nihil effeci. Respondit quidam inter
ceteros, Ego sum iam senex, nec fui
hactenus seditiosus, ne iam quidem es-
se uolo. Atque ita pulchrum nomen
grauissimæ culpæ prætexuit, obedi-
tiam scilicet erga magistratus desertio-
ni Ecclesiæ. Hoc enim uere est desere-
re, & sua ope destituere miseram Eccle-
siam, nolle oppugnare errores, qui in
eam per impios introducuntur, & non
loco ad tempus cedere, eoque ipso exilio,
totaque constanti confessione, ubicunque
demum sis, tuam Ecclesiam, & om-
nes pios, in ueritate confirmare, ho-
stes uero eius languescere.

Sed ad rem. Cum uiderem apud
summos non posse effici, ut illud In-
terim confutent, multum & orauit &
cogitavi, quid in tali miserrimo re-
rum statu agendum esset. Et tandem
ad illud extremum remedium decur-
ri, ut ipse aliquid contra scribe-
rem.

Scripsi igitur in ingenti animi mœ-
rore & dolore. Cupiebam enim &
Præceptorum nomini parcere, & salu-

tem Ecclesiæ ac gloriam Christi, quæ
per illas corruptelas uiolabatur, non
negligere.

Postquam scripsi, relegi plusquam
uigefies, leniens omnia, quantum qui-
bam, & multa meo cum tristi corde
uolutans. Tandem conclusi satius esse
aliquantulum quorundam hominum
nomen lædi, quam Euangelium IESV
Christi abominationibus Antichristi
contaminari, Antichristum in templo
Dei collocari, atq; ita & gloriam Dei, &
salutem, cum multorum aliorum, tum
& illorum ipsorum, quorum nomen
attingere uererer, periclitari: atq; ita
Typographo librum misi.

Accusant quidam illud scriptum
duriter, uerum non uideo, quid tandem
in eo reprehensione dignum sit. Errores
Lypfici Interim merito reprehendo.
Nostros Doctores non ualde in eo ac-
cuso. In proemio affirmo, impios eis
Lypficas actiones tribuere, ubi indico,
me ipsis eas non tribuere.

Queruntur, me eo scripto diffamasse
eos, tanquam a nostra religione
defecerint. Verum immerito, nam in
meo

meo s
runt
script
quæ i
longe
circu
de inf
conue
piscop
mauit
one cl
& Chi
atus el
confir
Lypfi
tes scri
rint. Q
qui in
uentu
fisse L
demur
nihil
ctum.
In
me in
dam i
erat o

meo scripto nihil tale est. Sed infama-
runt eos primum ipsorum non bona
scripta Augustam ad Comitia missa,
quæ impij cum magno gaudio late &
longe sparserunt, & ueluti in triumpho
circumduxerunt, ac ostentarunt. Dein-
de infamarunt eos illa crebra, secretaq;
conuenticula & secretæ cum impijs E-
piscopis confutationes. Tertio diffama-
uit eos Islebius, qui saepe pro conci-
one clamauit eos secum sentire, quin
& Chirographa eorum se habere glori-
atus est, quos clamores ipsi suo silentio
confirmarunt. Quarto infamauit eos
Lypfica actio, inde enim in omnes par-
tes scriptum est, quam pulchre se gesse-
rint. Quinto infamauit eos D. Interim,
qui in Islebienti & Magdeburgensi cō-
uentu publice affirmauit eos subscrip-
sisse Lypfico Interim. Post quæ omnia
demum meus Azarias prodijt, in quo
nihil est uehementius contra eos di-
ctum.

Innui alicubi obiter (nam scholia
me inscio adiecta sunt) esse in eis quan-
dam imbecillitatem, quod alioqui iam
erat omnibus notissimum, quam tamē

L 5 quo

quo lenirem, cum Apostolorum imbecillitate comparaui.

Negent autem quicquam a se peccatum esse, non possunt. Grauius profecto in istis actionibus peccarunt, quod ego coram Domino præceptor dixi. Cum ille mihi diceret, Alberti Marchionis aulici non tam astuti fuerunt, ut nostri. Nam illi non seiunxerunt concionatores ab auditoribus, sed passi sunt unum esse animum & sententiam auditorum & concionatorum, nostri uero nos ab auditoribus seiunxerunt. Respondi ego, uestra culpa est Domine Præceptor, quod permittitis, ut impia aula uestra autoritate se armet contra constantiam subditorum.

Est sane hæc magna eorum culpa ac graui reprehensione dignissima. Eorum enim fuisset stare in prima acie Christi confitentium, ac Antichristo resistentium, & non in prima acie persecuentium, papatumque in Ecclesiam introducendum, ut profecto fecerunt.

Quod fecisse eos liquido animaduertunt ij, qui Lypsicam actionem notam habent, qui non tantum Lypsicum Interim,

Inter
dend
scrip
post
um r
etates
gi Leg
omni
steren

A
quin
Theo
tis cor
onibu
fraud
uocat
nibus
non p
tibus,
bito c
ieceru
etates
urseru
nes m
crime
E
as pro

Interim, quod tunc Theologorum **ben-**
decten appellatum est, legunt, sed etiā
scriptum nomine Theologorum lectū,
postquam legati ciuitatum & nobili-
um recusarunt illas fraudes & impi-
etates, quo scripto urserunt Theolo-
gi Legatos ciuitatum & nobilium, ut
omnino totam illud Interim ample-
cterentur.

Ah non potest satis uerbis efferri,
quin ne cogitari quidē, quantopere ibi
Theologi peccauerint. Primum, in mul-
tis conuenticulis, occultis consufurrati-
onibus cum impijs confuerunt retia &
fraudes quasdā. Deinde eas subito, con-
uocatis totius religionis delectis, homi-
nibus haud dubie non nimium doctis,
non præmonitis, nihilq; tale suspican-
tibus, præsertim a tantis Doctoribus, su-
bito obtruserunt, ac ueluti laqueum in-
iecerunt, eosq; postquam pie illas impi-
etates recusarunt, insuper uehementius
urserunt. Summa, ibi pastores non ca-
nes muti, quod tamen ipsum nefarium
crimen fuisse, sed lupi facti fuerunt.

Egerunt mihi quidem multi grati-
as pro eo scripto, affirmaruntq; multis
consola-

consolationi fuisse, & se sperare impediturum istas Lypficas religionis corruptelas.

AT Theologi nihilominus ea admonitione contempta in suis actionibus perrexerunt. Scripsit postea D. Praeceptor scriptum de Adiaphoris, quod plane pessimum est. Hortatus est una cum alijs quibusdam Marchionis Alberti, & Marchionis Ioachimi concionatores, ne repugnarent illis aulicis deformationibus. Significauerat mihi mercator quidam Norib. nec impius, nec penitus indoctus, & idem eodem tempore intellexeram ex literis M. Hieronimi Besoldi ad Philip. scriptis, quas mihi ipse Philip. legendas tradiderat, easdem mutationes eum & Norinbergæ promouere.

Quibus omnibus intellectis perterritus coepi mecum ratiocinari & cogitare: Deus bone, quis zelus inuasit istum hominem, promouendi & iuuandi istas mutationes ubiq; terrarum, cū antea saepe non tantum coram me, sed etiam coram Crucigero, & multis alijs testatus sit: neminem posse bona conscientia

scientia uel interesse tantum istis deli-
berationibus: Cogitabam etiam, si iste
homo istis suis actionibus perget con-
firmare impios, & languescere pios,
ac Papisticos ritus promouere, nec quis-
quam ei contradixerit, quis tandem fi-
nis erit? Nempe pessimus, certa destru-
ctio nostrarum Ecclesiarum, & restitu-
tio papatus.

Itaq; censui, tacentibus omnibus
alijs, me non posse bona conscientia ta-
cere. Quare adidi latinum scriptum,
quod nihil sit mutandum, confutau-
i scriptum de Adiaphoris. Quod scri-
ptum primum ideo feci esse incerti au-
toris, quia ipse dixit D. Adriano non
esse suum. Secundo, quia uolui parcere
eius nomini. Tertio, quia non puta-
bam prodesse Ecclesiæ euulgari, quod
illud tam malum scriptum sit ipsius.
Adidi & Lutheri Epistolas cum ad-
iunctis. Scholion Philippizaret me in-
scio adiectum est. Opinor autem sig-
nificare, quod Lutherus non esset se-
quutus Philippi sententiam sui com-
modi gratia, sicuti multi alij faciunt,
non ueritatem sed uentrem respicien-
tes, quod

res, quod notius est, quam ut probare
necesse sit, & non significat Philippum
aliquid impie facere sui commodi gra-
tia. Verba enim in izo, (ut opinor)
imitationem significant, ut patrizo.

Causæ, propter quas putavi illas
Epistolas adendas esse, hæ sunt. Pri-
mum quia omnes cupiunt iam audire,
de præsentibus certaminibus Lutheri
sententiam. Secundo, quia illæ Epi-
stolæ sunt plenæ confirmatione & con-
solatione, quibus rebus iam summope-
re Ecclesia indiget. Tertio, quia spera-
bam, istos homines, etiam si meas, alio-
rumq; piorum preces, & querelas con-
temnerent, at certe Lutheri, iam ueluti
e cœlo monentis, eos uocem magnifa-
cturos esse.

Hic non possum facere, quin cuius-
dā medicinæ Doctoris apophthegma,
quo ego admodum delector, recitem.
Cum forte una cum eo essem Hambur-
gi, accepi literas Vitemberga, in quibus
erat scriptum, grauiter accusari me a
Theologis, quod nec liberalis, nec ho-
nesti hominis officio functus sim, qui
Epistolas Lutheri ediderim, non enim
esse

esse p
iusm
ille, f
mini
nam
haud
sæpe
quasc
one E
diuin
at. Op
tum
sed et
sæ, qu
censeb

V
rū ho
rico m
ti⁹ fac
mea d
ne mu
res uir
as cū
pore
Dei m
nes Ec
A

esse patefacienda amicorum secreta, cuiusmodi sunt etiam literæ. Respondit ille, sit ita sane, at certe Christiani hominis officio functus es, nam ego magnam inde consolationem accepi, & haud dubie multi alij. Ita sane & ego sæpe cogito, non esse curandas paruas quasdam offensiunculas, modo ea ratione Ecclesia Domini ædificetur, & legi diuinæ, atq; adeo primæ tabulæ satisfiat. Oportet profecto primum præceptum esse primum, non ordine tantum, sed etiam dignitate. Sunt & aliæ causæ, quas hic prolixitatis gratia non recensabo.

Volui etiam aliorum piorum & doctorum hominum sententias, de isto adiaphorico negotio audire, ne quid inconsultius facerem. Quare alloquutus sum in hac mea difficili & periculosa peregrinatione multos doctos, & in pietate constantes viros. Animaduerti eorum sententias cum mea convenire, nempe nihil hoc tempore in Ecclesia, in gratiam hostium Dei mutandum esse, & istas mutationes Ecclesiæ exitiosas esse.

Atque ita negotium hætenus progressum

gressum est. Ego scio me in re hac recte
agere, cuius sententiæ habeo hæc rati-
ones. Primum Deus nouit me hæc age-
re, neq; spe ullius commodi terreni, ne-
q; odio ullius hominis, sed tantum stu-
dio retinendæ puritatis in religione
Christiana, confirmandi in ea pios, &
confutandi impios. Secundo, quia
cum ex sacris literis, & doctorum ho-
minum testimonio, ut Lutheri & alio-
rum, tum experientia, tum uero etiam
ex ore ipsorum, qui istas mutationes
adiuant, quorum dicta quædam supe-
rius recensui, intellexi eas Ecclesiæ exi-
tiales esse. Tertio, quia cum sim lector
in schola Vitebergensi, & impij de to-
ta nostra Schola, nescio quid non glo-
rientur, merito confiteri debui, quid
ego sentirem. Quarto, quia ratione iu-
ramenti, & officij teneor tueri patrimo-
nium nostræ Scholæ, nempe puritatem
doctrinæ Christianæ. Quinto, quia
præcepto Dei de diligendo eo & prox-
imo, item de confessione ueritatis, iu-
beor hoc facere. Nam per istas Christi
& Belial conciliationes tum salus pro-
ximi, tū gloria Dei uiolatur, tum ueri-
tas ip-

tas ip-
sum e-
riæ ho-
potui.
S
illis pr-
stas æd-
plius f-
istam
ab imp-
discerp-
christo
ueluti
uolet,
esse me
Iar
onibus
indica-
sint. H
telliger
argum-
uenian-
ruat.
modis
eis con-
clesian
pasfim

tas ipsa periclitatur, ut superius ostensum est. Postremo, quia meae conscientiae hoc mihi imperanti repugnare non potui.

Semper profecto cum aliquod ex illis prioribus scriptis contra interimitas ædidi, constitui me nihil uelle amplius scribere. Sed rursus, cum uidi istam uetricem causam tam turpiter ab impijs opprimi, miseras oues a lupis discerpi, & gloriam filij Dei ab Antichristo uiolari, nō potui tacere. Exarsit ueluti ignis in ossibus meis. Rideat, qui uolet, in extrema die uidebit me non esse mentitum.

Iam uelim contra scire, quibus rationibus illi sua facta coram Deo, & recte indicantibus hominibus excusare possint. Hoc (quantum ego hactenus intelligere potui) est præcipuum eorum argumentum: cedendum esse, ne forte ueniant Romani, &c. scilicet ne coelum ruat. Ad quod argumentum quinque modis respondeo. Primus, non certo eis constat uenturum hostem, si sic Ecclesiam Christi non turbauerint. Sunt passim ipsorum Electore imbecilliores
M Principes

Principes & ciuitates, qui cum nihil ad
huc acceperint, nondum tamen sunt a
Diabolo deuorati. Scimus etiam cum
his ipsis annis 30. tum & prioribus tem-
poribus sapissime accidisse, ut istius-
modi prægrandes nubes, grauem tem-
pestatem minantes, leuissimo uento a
pusillo grege Domini abactæ sint. Huc
uero euentum expectare in summis pe-
riculis fidei munus est. Proinde qui-
escamus & acquiescamus in hac uera
Christi religione, pro qua tam diu uo-
ciferati sumus. Non turbemus Eccle-
sias, non confirmemus impios, ut de
Ecclesia triumphent, & nomen Domi-
ni blasphement.

Secundus, non constat cuiquam
sic posse impediri Tyrannos, ne sauiant
contra Ecclesias. Satan & eius seruus
mundus non potest placari leuibus qui-
busdam, ut isti ea appellant. Nec ha-
bent Theol. quicquam promissi a Mo-
narchis, & ut haberent, quantum eis
credendum sit, experientia omnes non
sine magnis *διδάσκονται* docuit & docet.
Ego certe propter omnes eorum pro-
missiones nolim unicum Christi pusil-
lum scandalizare.

Adhuc

dicam
offend
nes pa
Tyrann
dam i
Esaian
placar
his act
Nam c
re imp
tioner
offend
rinth
uerber
entias
ut poss
bis inu
rendu
tentis
arriper
N
simus
magis
idq; cu
mus. N
CRE

Ad hæc parum Christianum, ne
dicam theologicum est, credere quod
offendendo Deum & placando homi-
nes pacem habere possimus. Nam
Tyranni sunt tantum ueluti uirgæ quæ
dam in manu Dei, teste ipso Deo apud
Esaïam. Quare manus & non uirga
placanda esset. Offendi autem Deum
his actionibus superius probatum est.
Nam quicumq; sciens pergit confirma-
re impios, & languefacere ac in dubita-
tionem inducere pios, is proculdubio
offendit Deum, sicut & Paulus 1. Co-
rinth. 8. testatur inquit. Sic autem
uerberantes fratrum imbecillas consci-
entias, in ipsum Christum peccatis. Et,
ut possibile esset placare uirgam, ut no-
bis inuita manu parceret, tum uero ue-
rendum esset, ne ista extensa omnipo-
tentis Dei manus, abiecta uirga malleū
arriperet, quo nos penitus cōminueret.

Nos antea puniti sumus, quod fisi-
simus pijs principibus, nunc uero etiam
magis puniemur, si ab impijs salutem,
idq; cum contumelia Christi expectabi-
mus. Nostrum credo deberet sic sonare,
CREDO IN VNVM DEVM,

M 2

Patrem

Patrem omnipotentem. Et in eius Filium unigenitum, &c. Et non, credo in potentes homines, quibuslibet casibus expositos, & omnipotentiae Dei subiectos. Accersamus profecto citius nobis poenas sic agendo, quam euitabimus.

Tertius, longe satius esset, teste Christo, pati, ut alligata mola asinaria in medium Albis ab Hispanis projiceremur, quam ut unicum paruulum Christi scandalizarem: multo uero magis & hæc, quæuis grauisima pati potius deberemus, quam tam infinitos CHRISTI paruulos scandalizare. Nec statim esset necesse Pastorem discedere a suo ouili, etiamsi non donaret aliquot ouiculas lupis. Etiamsi alibi in multis locis concionatores nondum claudicant in utrumque latus, nondum tamen fuit necesse eos discedere a suis Ecclesijs. Patiantur potius Pastores aliquid una cum suis ouibus a lupis, quam uel muti canes fiant, uel fugiant, uel etiam subinde aliquid largiendo lupis eos placent.

Ad hanc constantiam autem impellere

pellere
logoru
pore fi
maior
quam
Ecclesi
cū exē
minist
acerbis
horrid
tum su
q; ad a
bus cla
ni feru
fregeru
clesia
tumeli
N
sus a su
Christ
loco o
cedens
occasio
Ecclesi
fession
doctrin
Epheso

pellere & hortari eos nostrorum Theo-
logorum officiū fuisset. Quod in tem-
pore si fecissent, fuisset profecto aliqua
maior constantia tam in doctoribus,
quam in auditoribus, nec tam multæ
Ecclesiæ hætenus corruissent. Et non
cū exēplo & actionibus suis Ecclesiarū
ministros languescere, tum & istis
acerbissimis increpationibus, stoicus,
horridus, turbulentus, θρασύδειλος, tan-
tum suo periculo confiteatur, fortis us-
q; ad ancillæ uocē, seditiosus, &c. qui-
bus clamoribus piorum & zelo Domi-
ni feruentium uirorum animos nostri
fregerunt & quotidie cum ingenti Ec-
clesiæ damno, & diuini nominis con-
tumelia frangunt.

Nec statim, cum concionator pul-
sus a sua Ecclesia discedit, eam deserit.
Christus ex Nazaret, aut aliquo alio
loco ob impiorum crudelitatem dis-
cedens & cogitans, quam primum per
occasionem reuerti, non deserit eam
Ecclesiam: Sed sua constanti con-
fessione eam ædificat, & in audita
doctrina confirmat. Paulus cedens
Epheso ob impiorum sæuiciem non

M 3

deserit

deserit eam Ecclesiam, sed sua constan-
ti confessione confirmat, & porro uel
per scriptum absens, uel per occasio-
nem uoce præsens Ephesios confirmare
cogitat. Verum si publicæ tranquilli-
tatis gratia Ephesæ Dianæ uestes, ritus
& alias Ceremonias in Ecclesiam indu-
cere, uel pharisaicas obseruationes resti-
tuere uoluisset, tum uero & eam, & ali-
as infinitas Ecclesias, a se ædificatas de-
seruisset, uel potius prodidisset, & per-
didisset, nec ipsos tantum, sed & om-
nem posteritatem. Idem de Elia, Atha-
nasio alijsq; patribus dici posset, quo-
rum nos exempla imitari pium est.

Satius est fortunas, corpora & cœ-
tus piorū turbari & affligi, quam con-
scientias. Spiritualis iste lupo, id est,
Diabolus & falsus Doctor non prius de-
uorat ouem Christi, quam in animo
ei assensa est. Facilius autem assentietur
ouis lupo, cum uidet proprium pasto-
rem iam facere cum eo amicitiam, &
canes latrando eam amplius non accu-
sare, quam si uideret & pastorem & ca-
nes quæuis, etiam extrema patiendi se-
ritio cum lupo pugnare.

Non

Non quieta & tranquilla uita
CHRISTI, Ecclesia extructa est, sed
multis eius duris miserijs, & tandem
tristissima et turpissima morte. Ca-
lamitatibus doctorum, quæ eis prop-
ter constantem confessionem acci-
dunt, non destruitur Ecclesia, sed
ædificatur, iuxta illud uetus dictum,
martyrum sanguine Ecclesia rigatur,
& sicuti nuper quidam Parisiensis
Magister Hamburgæ dicebat, ex cine-
re eorum, qui in Gall, exuruntur mar-
tyrum, Christianos nasci.

Plus ædificassent profecto nostri
præceptores Ecclesiam CHRISTI,
si iam constanter Antichristum con-
demnando, uel exilio suo, uel etiam
morte (si ita Domino uisum fuisset)
suam doctrinam obsignassent, quam
si deinceps multis annis in maxima
scholasticorum frequentia docebunt.
Semper deinceps Satan, impij, & pro-
pria ratio miseris conscientijs oggan-
nient, tui præceptores hoc uel illud con-
cesserunt, quid tu? num eises doctior,
aut sanctior?

Quartus, sunt quædam tempora
M 4 & quæ

& quædam horæ potestatis tenebrarū,
ut ex tota Ecclesiæ historia apparet, qui
bus & diabolo permittitur aliquantu-
lum liberius furere contra Ecclesiam, &
Christus uult suam Ecclesiam constan-
ter confitendo pati. Tales paroxysmi
cum in his Regionibus, iam longo tem-
pore non fuerint, non dubito, quin iam
aduenerint. Video enim ubiq; bonos
pati, & Christum quasi de industria su-
os istis humanis præsidijs spoliasse, &
ueluti Satanæ cribrandos dedisse, quo
probet eos & exploret, quam constanter
quisq; uelit confiteri. Proinde sic sta-
tuo, si quis istic manens, (præsertim in
Ecclesia magnus uir) possit iam inue-
nire rationem aliquam, qua & bonam
conscientiam ac constantem confessio-
nem retinere possit, & nihilominus cru-
cem effugere, is mihi ipso Dei filio sapi-
entior fuerit.

Postremus, nobis non est res cum
bonis, æquis & modestis hominibus,
qui aliquantulum cedendo leniri que-
ant: sed cum Dei hostibus, qui, ut natu-
ra sint optimi, tamen ita sunt diaboli-
co ueneno infecti, ut extremo odio cō-
tra

tra nos
tota rel
dili, sic
quenter
am exp
rum m
iam co
ego co
Præcep
fiunt
quanto
plura fi
est. Q
sio tan
eos, ut
Ex

posset,
lenitas
sa sunt
(ne qu
stam, u
rasse, &
dam G
Key. M
re Ma
gleich
se wol

tra nos ardeant, nec possint, nisi abiecta
tota religione placari. Et sunt Thrasy-
dili, sicut & Diabolus pater eorum, se-
quentem fugiunt, cedenti instant: ut eti-
am experientia nos docuit, nam Luthe-
rum magnificerunt & timuerunt, nos
iam contemnunt & conculcant. Sæpe
ego coram dixi Domino Philippo, D.
Præceptor, quanto tu es lenior, tanto
fiunt hostes nostri uehementiores, &
quanto tu plura concedis, tanto illi
plura flagitant, idq; ipse quoq; confess⁹
est. Quare ista nostra trepidatio, & ces-
sio tantum animabit, & iam animat
eos, ut plura maioraq; petant.

Experientia nos hactenus edocere
posset, quam parum ista philosophica
lenitas Ecclesiæ profit. Primum, mis-
sa sunt a nostris tam timida, & frigida
(ne quid peius dicam) scripta Augu-
stam, ut uerissime dici possint, & gene-
rassent, & attraxissent Interim. Est in quo-
dam Germanico scripto. So aber bey
Key. Maye. zuerhalten were/das ih-
re Maye. andere wege/ als ein ver-
gleichung in deutschem lande zulas-
sen wolte/wie zu Speyer berathschlas-

get/das man auff beyden seiten / be-
dencken einbringen solte/etc. Dieses
mag man bey Keyserlicher Maye.
versuchen. Hic claris uerbis Interim
petitur. Et in quadam Epistola est. Non
repugnabo, quo minus princeps con-
stituat, quem uolet statum, aut tacebo,
aut cedam. Nec dubito similia & in
alijs Epistolis, quas ego non uidi, extare.

Si sic Lutherus ante annos 20. ad
impios scripsisset in talē aliquem couē-
tum, iam tunc habuiffemus aliquod
Interim. Nec dubito, quin & iam quo-
quetalia scripta, cum sint a summis in
nostra Ecclesia uiris scripta, summo pe-
re eos animauerint. Sicut mihi qui-
dam uir, pius & amans Philippi, qui eo
tempore Augustæ fuit, dixit, Epistolam
ad Carlouicium Augustæ perinde ue-
luti monstrantiā (ut eius uerbis utar)
circumlatam esse.

Dixit etiam se certo scire Cæsarem
ipsum, cum ei a nescio quo, ea Episto-
la lecta esset (uerisimile est ab ipso
Carlouicio) dixisse, Den habe ihr/
seht das ihr ihn haltet. Idem au-
diui & ex alijs pijs, & gräuisimis uiris.
Nec

Nec d
Pome
bene c
uariæ
num
& ali
re, uel
N
hostes
armar
pugna
næ, &
pasfin
funt &
cum h
illi sen
Script
uiris,
ri & a
timid
rum T
Vnga
nia fac
storū
na, qu
subrut
tur. C

Nec dubito, quin istud dominicale
Pomerani Euangelium de ocreato, &
bene consolante principe, item iste tam
uariæ mixturæ minarum, & promissio-
num eodem pertineant, ut scilicet ipse
& alij teneantur, & capiatur, & uel aper-
te, uel oblique Antichristo adiungatur.

Nec tantum animarunt ea scripta
hostes, ut nihil non auderent, sed etiam
armarunt. Nam & Bucerus est eis op-
pugnatus, tum Augustæ, tum Argenti-
næ, & Ratisbonenses concionatores, &
passim ubiq; p̃i eisdem oppugnati
sunt & hodierna die oppugnantur,
cum hoc Epiphonemate. Vide quid
illi sentiant, quis tu es, num eis doctior
Scriptum est a pluribus, p̃is ac doctis
uiris, ex Vngaria Domino Præcepto-
ri & alijs, Ferdinandi consiliarios illa
timida, & uacillatione plena nostro-
rum Theologorum scripta, in totam
Vngariam sparsisse, quod & in Germa-
nia factum esse constat. Ita ut ista no-
strorū scripta fuerint præcipua machi-
na, quibus Ecclesiæ Christi ab impijs
subrutæ sint, & hodierna die subruan-
tur. O plusq̃ adamantina pectora, quæ
his

his prius datis scandalis non mouen-
tur, ut aliquando tandem similia pa-
trare desinant.

Sed nondum desistimus ab ista no-
stra carnali sapientia & lenitate, pergi-
mus igitur eadem arte adiuuare, induce-
re istum equum Troianum & Monstrū
Augustanū in Ecclesias, qua ratione illi
(ut ita dicam) obstetricati sumus. Nam
cum essem Hamburgi scribebat ad quē-
dam pastorem ex Marchia doctus ho-
mo, consulem Brandenburgensem dix-
isse in comitijs Berlinensibus ad quos-
dam concionatores, qui repugnarunt
isti Margitico Interim. Was wolt ihr
viel disputiren darvon? Philippus
hat gesagt/ ehr wil lieber das ganze
Interim annehmen/ denn die Kirche
verlassen. Itaq; ubiq; iam, ubi Eccle-
siae euertuntur, auditur tantum, *αὐτοὶ
ἐφα* uel *αὐτοὶ ἐφασαν*. Was gilt's/ ob das
Gotlos epha wird nicht noch ein
mal in vngelück komen/ vnd wird
gelten nur neum Iehoua. Der **HERZOG**
hats gesagt, Hastenus de argumento
ne ueniant Romani, cui satis, ut opi-
nor, responsum est.

QVAE

QVAE porro de disciplina & ordi-
ne ab istis dicuntur, quo fraudes istæ &
laquei conscientiarum aliquibus bonis
coloribus ornentur & cōtegantur, & ut
in somni interpretatione est, ein schein
habeant, plane falso ad hanc materi-
am adiunguntur. Nam certum est,
quod gubernatores ad arbitrium, quo-
rum istæ actiones aguntur, non cupiant
restitutam disciplinam, neq; hoc agant,
ut eam restituant, quod Epistola ad
Hamburgenses manifeste fatetur. Ne
papistici quidem spirituales, homines
turpissimi, quibus ut satisfiat, mutati-
ones istæ parantur, disciplinam resti-
tutam cupiunt. Excommunicationem
quidem ualere cuperent, sed ut ea ad
stabiliendam suam tyrannidem abu-
terentur, non certe, ut suæ aliorumq;
libidines & turpitudines coherceren-
tur. Neq; ordinem ædificatio piorum
aliud postulat, quam eum, quem ha-
stenus habuerunt nostræ Ecclesiæ, &
quem etiam isti ipsi reformatores ante
paucos menses probarunt, nisi forte in
hoc breui tempore alius mundus, & alia
rerum natura sit creata,

Porro

Porro quod mihi ingratitude
obijcitur, graue quidem hoc crimen est,
& plausibiliter mihi obijci potest. Ve-
rum conscientia mea me absoluit, &
non dubito, quin Christus in extrema
die me absoluet, & in hac uita omnes ij
homines, qui rem probe cognitam ha-
buerint, plurisq; gloriam Dei, & salu-
tem sanguine Christi redemptorum fe-
cerint, quam unius alicuius hominis,
aut duorum temporariam dignita-
tem.

Breuiter igitur respondeo, quod
non minus amauerim Præceptorem,
quam quisquam alius: Quod eo signo
probo, q̄ cum ante annum & dimidiū
quotidie expectabatur, ut uocaretur
ad Concilium Tridentinum, idq; sum-
mo ac certo eius, comitumq; periculo
fieri existimaretur, non semel ei coram
obtuli, me, quoniam Italicam linguam
callerem, cuius ibi usus esset, libentissi-
me ei, siue liber, siue captus fuerit, fa-
mulaturum esse. Supplicauī ei etiam,
nec non libere monui plusquam centi-
es hoc anno & dimidio, ne quicquam
hostibus Dei cederet in Religione, quæ
actio

action
tia ma
maxim
ne (q
facile
eum fu
Po
ū & ali
sunt, e
Dei tan
rium,
dum p
Euang
ueluti
bamq;
autore
bono i
Viri D
propag
dum ce
dum m
nes ma
potui;
per alio
nem, u
Religio
Qu

actiones, cum etiam eius salutis gratia magna ex parte susceptæ fuerint, maximaq; mihi cura & sollicitudine (quod Deus nouit) constiterint, facile certe indicant, quo animo erga eum fuerim.

Postquam Epistola ad Carlouiciũ & alia quædam mala scripta uulgata sunt, etsi magnopere dolui hostibus Dei tantum uirum, eumq; iam mortuum, a tam intimo amico deridendum propinari, & insuper etiam ipsum Euangelium Christi tali testimonio & ueluti præiudicio deformari: habebamq; amplam materiam exagitandi autorem Epistolæ, ac uideri potuerim bono id zelo facere, nempe ut famam Viri Dei, atq; ita etiam doctrinæ ab eo propagatæ tuerer. Tamen dissimulandum censui, & potius priuatim sanandum malum esse iudicaui. Quare omnes machinas, quas omnino excogitare potui, adhibui, partim per me, partim per alios & imprimis seriam precationem, ut eum ad constanter tuendam Religionem retraherem.

Quod ubi demum frustra me agere
ani-

animaduerti, eumq; quotidie maiori
zelo fenestras ad Papatum hiantes fa-
bricare, & periclitari doctrinæ purita-
tem, tandem uictus conscientia, statui
parendum esse mandato CHRISTI iu-
bentis, ut plus ipsum quam patrem,
matrem, & propriam animam diliga-
mus. Confirmauit me in ea cogitatio-
ne & Pauli sententia, qui uult suam &
aliorum doctorum auctoritatem uale-
re tantum ad ædificationem, & non ad
destructionem Ecclesiæ.

Quanto dolore mihi ea delibera-
tio constiterit, Deus nouit. Sæpe dixi
coram Deo, & bonis amicis, idq; his
ipsis uerbis: Utinam ego, aut aliquis
alius mei similis indoctus nebulo, &
nullius auctoritatis homuncio hæc age-
ret, & non iste tantus Vir: Minus profe-
cto mali in Ecclesia consequeretur. Sæ-
pe certe cupiui pro eo anathema fieri.
Sæpe etiam deplorans præsentem sta-
tum dixi, me nunquam putasse futura
adhuc ea tempora, quibus nostri Præ-
ceptores cum Episcopis hostibus Ec-
clesiæ CHRISTI sua consilia confer-
rent, nosq; miseros pueros, eorum disci-
pulos;

pulos,
contra e
tam con

Est
na die n
q; infan
sentia ue
uisimi l
grinatio
no istos
Ac sæpe
a Deo, u
mo statu
meo filii
cuius D
eius non
proculd
Ecclesiæ
est diebu
sem, ab st

Dic
Hambur
uerbis u
doceant
tiendum
logos si
res consi

pulos, necesse foret cogitare aliquid
contra eos, si religionem incontamina-
tam conseruari uelimus.

Estq; mihi profecto etiam hodie-
na die neq; exilium, neq; paupertas, ne-
q; infamia, neq; charissimorum uel ab-
sentia uel offensio, neq; uarij, ijq; gra-
uissimi labores & pericula huius pere-
grinationis tam triste, quam quod cer-
no istos tales & tantos uiros talia agere.
Ac saepe, cum de ea re serio cogito, peto
a Deo, ut me ex hac uita, hocq; tristissi-
mo statu auferat, statuoq; optime cum
meo filiolo, me exulante nato, actum,
cuius Dominus misertus, secundum
eius nomen Honnenias, ex his eum &
proculdubio maioribus, imminetibus
Ecclesiae malis, paucis postquam natus
est diebus, priusquam eum uidere pos-
sem, abstulit.

Dicebat nuper Dominus a Laski
Hamburgi, Dauidianos nunc (ut eius
uerbis utar) in sinum ridere, quod cum
doceant non esse confitendum, nec pa-
tiendum, uideant iam etiam V. Theo-
logos similia agere. Si nostri Docto-
res constanter confitendo & pro Do-

N. mino

mino patiendo doctrinam suam obfig-
nassent, apud omnem posteritatem
fuiſſet ſumma autoritas doctrinae a Vi-
tebergenſi Schola illustrata. Nunc con-
tra, cum uideant eos tam turpiter uacil-
lare, dicunt & dicent deinceps plures in
omnem posteritatem, nostrae Scholae
disputationes fuiſſe tantum *ἀνδρῶν τῶν*
ἡτῶ λόγον κρείττω ποιῶν δύναμένων mu-
liebres rixas. Fuiſſe nos leuiſſimos ho-
munciones, arundines quouis uento
agitatas, prout alius princeps fuit alius
ingenij, aliaq; a nobis expetiuit, ita nos
quoq; doctrinam Christianam ad eius
gustum, palatumq; transformasse, atq;
ita totum Euangelium filij Dei suspen-
sum fiet. Literae & docti erunt in odio,
audientur magis Anabaptistae, aut qui-
cunq; demum phanatici homines, quod
illi pro sua doctrina & fortunas desere-
re, & fortiter mori non uereantur.

His tristissimis, & (ut uereor) etiam
uerisſimis cogitationibus, saepe profe-
cto eo adducor, ut cupiam dissolui, nec
non alios pios idem saepe exoptare ui-
deo. Alij fortasse habent aliquas alias,
easq; latiores cogitationes, qui etiam
in pu-

in pu
statum
prædi
ac pla
nobis

M
politi
omni
consta
subinc
inde a
fessio
multi
mus a
li abſt
lum n
am, ſe
λογικῶ
bati c
rios n
totos
transf
as turb
quam
crucie

ſis no

in publicis coetibus hunc praesentem
statum, tanquam optimum, magnifice
praedicare, & nescio quam disciplinam
ac plane aureum seculum promittere
nobis non uerentur.

Magna sunt profecto, eaq; uariae
politicae calamitates, sed tamen in his
omnibus si summi Doctores debitam
constantiam praestitissent, consolati
subinde fuissent miseras Ecclesias, sub-
inde ad constantiam in doctrina, con-
fessione, cruce & oratione animassent,
multi pij ita fuissent erecti, ut eis opti-
mus animus plusquam dimidium ma-
li abstulisset. Nunc uero, cum non so-
lum non hortentur eos ad constanti-
am, sed etiam accusent Lutherum *φι-
λονομίας*, damnent pias Ecclesias tur-
bati ordinis & disciplinae, & aduersa-
rios non obscure laudent, & deniq;
totos se in Papisticae Ecclesiae formam
transforment: Ita miseras conscienci-
as turbant, ut plane horribile dictu sit,
quam miserabiliter mentes piorum
crucientur.

Cogitant de praeterito, fortas-
sis nos uere turbauimus Ecclesiam &

N 2 non

non pro Euangelio Christi, sed pro aliqua erronea doctrina, proque ceruicorum hominum contentionibus passus sumus. Et, en ad quam iam paupertatem, seruitutem & ignominiam redacti sumus. Quid autem sequetur: nempe (ut est iam rerum facies) papistica & Hispanica Tyrannis, & maiores poenae divinae. Irati igitur Deo & Moysi, abiecta omni spe & oratione murmurant & blasphemant.

Clamare profecto fuisset ipsorum, stare & uidebitis auxilium Domini, super uos Iuda & Iherusalem, sicuti Moyses & quidam alius Propheta clamant. At illi uociferantur, cedite & subijcite uos Antichristo & Pharaoni, & ita seruabimini.

O utinam isti homines cernere possent, aut etiam uellent, aliquando tandem miserabilem conscientiarum carnificinam, quam ista sua turpi uacillatione excitarunt, ac pro merito mali magnitudinem perpendere. Sed illi cum fateantur se istis actionibus contristare bonas mentes, languefacere eas, & in dubitationem inducere:

tamen

tamen pergere possunt in suo instituto,
Euangelizare populo ocreatum prin-
cipem, laudare praesentem optimum re-
rum statum, negare Caesarem quærere
interitum doctrinae, & ad nuptias con-
uiuiaq; & principum aulas, huc atq; il-
luc lati uectitari.

H A C T E N V S uobis uiri doctis-
simi, reddidi rationem mearum acti-
onum. Ostendi me magnis & serijs
causis motum esse, ut ea agerem, quæ
egi. Eos uero, qui contraria faciunt
demonstraui, cum aliunde, tum & ex
eorum proprijs dictis & scriptis, per-
niciosa Ecclesiae agere. Nec dubito,
quin, sicut mea conscientia in meis ad
Deum precationibus me in hac causa
absoluit, ita etiam Christus in extrema
die sit me absoluturus. Quin etiam
non dubito de bonorum Virorum iu-
dicio, qui & causam hanc probe cogni-
tam habuerint, & serio zelo domus Do-
mini arserint.

Haftenus igitur præteritarum acti-
onum rationem reddidi, iam etiam
breuiter exponam, quid porro facere,
in animo habeam. Ego testor Deū me

N 3 quietis,

quietis, & tranquillitatis cupidissimum
esse, optarimq; tum cum omnibus ho-
minibus, tum imprimis cum nostris P.
unum esse. Verum ita, ut effemus
unum in Christo, id est, ut nostra unio
ad ædificationem Ecclesiæ, & non ad
destructionem tenderet. Cupit hoc &
ipse Dominus Iesus, ac omnes pij, ut si-
mus concordēs, & unanimiter Ecclesi-
am ædificemus.

Proinde obsecro & per illum tre-
mendum in ultima die uenturum iudi-
cem, obtestor Theologos, meos Do-
minos & Præceptores, ut aliquando
tandem desināt fabricare istas fenestras
in papatum degeneraturas, constāterq;
puritatem religionis tueantur, & alios
ad constantiam (ut uiuente Luthero
pie utiliterq; fecerunt) animent. No-
strum enim est, ut inquit R.P.M. Luth.,
confiteri & non diuinare bella futura.
Non separent se ab his Christi Ecclesijs,
non trahant iugum cum impijs, non
conforment se turbæ, & abominati-
onibus Antichristi, non dent impe-
rium Antichristo, eiusq; ministris su-
pra Ecclesiam Christi, quibus ne aue-
quidem

quidem nobis licet dicere. Id si fecerint,
polliceor me, non solum non oppug-
naturum eos amplius, sed etiam ad ge-
nua ipsorum me supplicē prouolaturū.

Si sunt ita cupidi concordiae & uni-
tatis, ut se esse prädicant, desinant ea
agere ex quibus, ut ipsimet fatentur,
werden viel zerrüttung folgen. La-
borent, ut fiat pax & unio, quod in ip-
sorum solum potestate est. Nihil ab
eis iniustum aut difficile petitur. De-
sinant tantummodo ea agere, quæ non
solum D. D. Martinus Luth. & multi
alii præstantes uiri, sed etiam ipsi cum
olim, ut in Epist. ad Norimbergen-
ses, tum uero etiam hoc tempore, ut su-
perius ostensum est, improbarunt,
quæq; etiam ipsa tristis horum tempo-
rum experientia improbat & confutat,
& ex quibus boni aliquid sequuturum
esse nullam certam spem habent. Id si
fecerint, sine dubio protinus omnes
istæ turbæ conticescent.

Hoc etiam somnium Domini Præ-
ceptoris (quoniā ipse sua somnia mag-
nificat) de angusto calle, per quod
iuristas aulicos sequutus ita periculose

N 4 ceci-

ceciderit, ut non multum abfuerit, quin
in uicinam lacunam incideret, uixq; se
inde euoluens retro reuersus sit, eum,
ut faciat, monet. Videat igitur, ut ali-
quando tandem, ueluti per ignem ser-
uetur, & ne nimium progrediatur.

Sin uero nostri desistere non uolent
ab istis actionibus, quibus (ut ipsimet
fatentur) impij confirmantur & pij la-
befactantur, & a fabricatione istarum
fenestrarum in papatum tendentium
cessare, neq; ego, neq; alij multi, me meli-
ores & doctiores uiri, omittere poterunt
quo minus & istas fenestras, & qual-
cunq; alias occasiones restituendi impij
Antichristianismi comminuant, &
confringant. Aderit & ipse Christus
ijs, qui Antichristo repugnauerint, sicut
hactenus adfuit.

NON agitur profecto de paruis re-
bus, nec est necesse quosdam semper
albam uestem pro exemplo istarum
actionum Sophistice imperitis propo-
nere. Multae grauissimae plagae Eccle-
siae Christi, per istas conciliationes infli-
guntur. Inter caeteras etiam Antichri-
stus in medio templi Christi collocatur,
quod

quod mihi constat. Attemperatur quo-
q; articulus de fide & iustificatione ad
gustum impiorum Episcoporum, &
plane corrumpitur, quod apparet non
solum ex Lypfico Interim, sed etiam ex
alio quodam Cellensi scripto, in quo
hæc sunt uerba. **Wir streiten nicht
vom wörtelein Sola**, Vbi clare propo-
sio sola fide iustificamur abiicitur, Nec
inuenitur in istis nouis conciliationi-
bus usquam, nos uel sola fide iustificari
uel per solum Christum iustificari. Et
paulo post in eodem scripto est: **Gleich
als sey der mensch nicht fürnemlich
gerecht / vnd angenehme für Got/
vmb des mitlers willen / durch den
glauben / Sondern / etc.** Quod pulchre
cum superiori conuenit, si enim recte se-
cundum nostram sententiam loqui uo-
luisset, dixisset. **Allein vmb des mit-
lers willen.** Quin & ipsimet fatentur
in Begensi scripto, se magni momenti
res in nostra religione negligere & ad-
uersarijs cedere, his uerbis. **Wir lassen
viel streitige gros wichtige sachen
füruber gehen.**

Non moueor igitur paruis causis,
N 5 quare

quare pugnandum putem, nec peto a quoquam, ut uel odio aliorum, uel amore mei aliter iudicet, quam eum propria conscientia coram Deo conuincit. Sed peto, ut unusquisque sic iudicet, & sic agat, ut coram illo tremendo iudice, qui profecto personarum acceptor non est, subsistere possit, & ut magis timeat Deum, quam homines. Nam profecto nihil prodest totius mundi opes, honores & fauores, in hac miseriarum ualle, coaceruare, & interea nos ipsos perdere.

Rescribite mihi obsecro, & quid uobis de hac causa uideatur, & num possim mediocriter tuto apud uos meo officio fungi, ueritatis confessione non abiecta. Si non potero istuc esse, ego nihilominus functioni meae nequaquam renuntiabo, sed iuuabo ista Scholam non minus quam quisquam praesens in tuendo suo patrimonio, nempe incorrupta Religione Christi, quod & haecenus feci, uel potius Dominus Iesus fecit, dum aliquatenus etiam per me laruatum istum Daemonem, nouum Interim repressit.

Si

Si quid mihi uere ostenderitis me
aliter agere posse utilius Ecclesiæ, testor
DEVM me uestram admonitionem
non contempturum esse. Scripsi ante
paucas hebdomadas de eadem re, ad
Dominum Præceptorem. Verum nihil
mihi responder. Hac sane ratione dissi-
dium non decrescet, si nos mutuo ne
responso quidem dignabimur.

Dominus Deus pater, D. N. Ihesu
Christi suo Sancto Spiritu regat uos, me
& totam suam Ecclesiam, ut ea cogite-
mus & agamus, quæ ad gloriam Christi
ignominiam & euerfionem Antichri-
sti, & salutem miserarum animarum
faciunt, Amen. Magdeburgæ decimo
calendas Augusti.

RESPONSIO M. Fla. Illy.
data D. N. de concordia agenti.

Egit nobiscum D. N. Ecclesiæ N.
pastor nomine Ecclesiæ N. Docto-
rum de ineunda concordia, cum
Vitebergensis scholæ Theologis, quod
istud intestinum dissidium magnum
incommodum Ecclesiæ Christi affer-
ret.

ret. Cui coram uoce respondimus, nec
dubitamus, quin bona fide sit eam re-
sponſionem Eccleſiaſtis N. relaturus,
eamq; ſperamus & ipsis ſatisfacturam,
ut & Domino N. probata eſt.

Volui tamen ego M. Flacius Illy-
ricus etiam ſcriptam reſponſionem ei-
dem fratri noſtro exhibere, quo certius
pij Doctores, noſtriq; in CHRiſto fra-
tres, noſtram ſententiam intelligere
poſſint.

Teſtor igitur Deum, Patrem Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, me pia con-
cordiæ cum omnibus hominibus, præ-
cipue autem cum Vitebergenſis ſcholæ
Doctores, cupidiffimum ſemper fu-
iſſe, & hodierna die eſſe. Teſtantur eun-
dem meum animum multæ meæ diffi-
cillimæ actiones. Primum ſupplicati-
ones, & monitiones ante ortum hoc
diſſidium, quibus, cum apud D. Phi-
lippum, tum & ferme apud omnes Vi-
tenbergenſis Academiae leſtores, & ſcri-
ptis, & uoce uſus ſum, ut hoc præuiſum
malum impedirem. Quas multi, ſi noſ-
ſent, æquius proſecto de me iudicarent.
Deinde teſtantur etiam ſcripta mea
Magde-

Magd
lam
tum ſ
cordia
compe
diæ m
licata
rebus i
ri potu
agere u
rem, m
ptiones
Apolog
inuito
minatio
teſtatur
infamia
amicor
ipſius u
mina, tu
ſtea in
mala du
habui.
Car
putatio
ut accip
cant: Qu

Magdeburga ad D. Philippum, Scho-
lam & Rectorem missa, in quibus eis
tum supplicauit, ut inter nos pia con-
cordia institueretur, tum & uerissimā,
compendiosissimamq; uiam concor-
diae monstraui. Tertio testantur & pub-
licata hactenus scripta, in quibus de
rebus ipsis dixi, personis, quantum fie-
ri potuit, parcens. Profecto enim si hoc
agere uoluissē, ut personas exagita-
rem, materia mihi non defuisset, & scri-
ptiones meas longe aliter instituissē.
Apologeticam certe Epistolam mihi
inuito suis publicis, grauissimisq; cri-
minationibus extorserunt. Postremo
testatur & mea multiplex crux, exilium,
infamia, paupertas, odium summorum
amicorum, & patronorum, atq; adeo
ipsius uitæ pericula, quæ ob ista certa-
mina, tum Vitebergæ existens, tum po-
stea in itineribus subiui, quæ omnia
mala dudum prospexi, præmeditataq;
habui.

Causa autem istius dissidij est dis-
putatio Vitebergensium, qui suadent,
ut accipiantur Adiaphora, ut ipsi ea uo-
cant: Quæ tamen non sunt Adiaphora;
sed

sed partim per se, partim ratione alicuius circumstantiæ impia, ut sunt hæc latius tum a me, tum ab alijs exposita. Idq; faciunt sine ulla certa spe alicuius boni sequuturi, imo cum certo timore sequuturorum multorum malorum. Nam C. nihil pollicetur, & si polliceretur, quantum ei credendum, præsertim in negotijs religionis, sit, experientia docet, & eorum Catholica sententia. Quod Hæreticis non sit seruanda fides.

Porro, Deus etiam minatur quærentibus salutē ab hominib⁹, timenib⁹ plus homines, quam Deū & ueritatem eius non libere, clareq; consentientibus. Experientia uero plane indicat, quam perniciosum sit Ecclesiæ istud aureum contentionis pomū. Est enim tantum fenestra quædam, per quam toti papæ sui aditus sit, ut ipsimet fatentur.

Si unica lex, quam Hamburgenſis Epistola, ex actis Iutербacensibus bis recitat, Vnnd in mittel dingen sol man alles halten / wie es die alten Vetter gehalten haben / vnd yenes teil jziger zeit auch noch helt / stare debet, iam ipsimet

fimet
Nec est
requir
stola a
ipſorū
de iud
didi ui
pi, D.
in poli
unt:
genera
plectan
dencia
tum re
Ex
q; disp
quatur
declara
se istis
To
tum m
niant D
promoc
Horten
ligione
proben
crucis

finet restituimus totum papatum.
Nec est quod Vitenbergenses dicant, se
requirere candidos lectores, ut in Epi-
stola ad Hambar. scribunt, qui de ista
ipsorum generali propositione candi-
de iudicent. Sciunt enim quam can-
didi uiri sint Islebius, papistici Episco-
pi, D. Interim, item epicurei homines
in politijs, cum quibus ista fœdera ici-
unt: Qui hoc unice agunt, ut eorum
generalitatibus totum papatum com-
plectantur, quorumq; tanta est impu-
dentia, ut uno **Chorroch** totum papa-
tum regere uelint.

Ex istis Adiaphoricis, generalibus,
q; disputationibus quantum mali se-
quatur, abunde Hamburgeneses patres
declarauerunt. Pie igitur faciunt ij, qui
se istis fraudibus opponunt.

Tollatur igitur hæc causa morbi,
tum morbus statim curabitur. Desi-
niant Domini Vitebergenses laudare, &
promouere istas adiaphoricas fraudes.
Hortentur omnes ad constantiam in re-
ligione, clara confessione & cruce. Im-
probent istas mutationes, fugiendæ
crucis gratia susceptas, & fenestras,
per quas

per quas toti papatui aditus patefit. Nō
iuuent Moros, Nabalos & Achitophe-
los (qui dicunt in corde suo, Non est
Deus) in persequendis pijs, & constanti-
bus Doctoribus. Non languefaciant
pios, & confirment impios, quod fieri
per Adiaphora ipsimet fatentur.

Hæc petitio iustissima, & sanctissi-
ma si impetrari ab eis potest, non solū
non facescam eis deinceps negotium,
sed etiam promouebo eorum hono-
rem, uel cū sūma mea infamia. Hæc est
unica uia piæ concordia, & nulla alia.

Putant aliqui, quod etiam si con-
cesserint aliquid præceptores, tamen sa-
tius sit quiescere, eosq; missos facere.
Minus enim mali oriturum esse ex eo-
rum paruis concessionibus, quam ex
isto intestino dissidio, præsertim cum
nondum quicquam publice mutarint.

Qui in eo errant, quod non satis
perpendant, aut etiam ignorent, quam
multa impia in Lypsico Interim, quod
nomine Theologorum Lypsia lectum
est, contineantur. Ultra quæ tamen
adhuc sub finem se offerunt, quod &
reliqua cum suis DOMINIS Episcopis

con-

concili-
lum in
tales m
etiam e
Franco
non pr
tio, sol
onibus
Item, c
datur,
cetur.

Su
nes eor
pendat
sarijs ue
eis in fa
tandem
nihil ha
constan
Dei ber
do regi
Interim
am, qu
est.

Lo
& Eccl
unanin

it. Nō
rophe
on est
stantia
faciant
d fieri
ctissi
n solū
ocium,
hono.
Hac est
alia.
i con
nen sa
facere.
ex eo
am ex
n cum
tarint.
n satis
quam
quod
lectum
tamen
uod &
iscopis
con

conciliare uelint. Item, quod non so
lum in suis Ecclesijs, inuitis auditoribus,
tales mutationes facere parati sint, sed
etiam eas, & eis peiores in Marchia, in
Franconia, & propemodum nusquam
non promoueant. Item, quod proposi
tio, sola fide iustificamur, in conciliati
onibus cum Episcopis factis, abiecta sit.
Item, quod Antichristo primatus tra
datur, & ipse in templo Christi collo
cetur.

Summa, si quis serio omnes actio
nes eorum, & scripta huius biennij per
pendat, animaduertet eos, si ab aduer
sarijs uehementer urgebuntur, & nemo
eis in faciem restiterit, nescio quid non
tandem concessuros esse. Quod autem
nihil haftenus mutarunt, non ipsorum
constantia factum est, sed id primum
Dei beneficio singulari accidit. Secun
do regionis constantia, quæ Lypsicum
Interim accipere renuit. Postremo eti
am, quia eis per scripta repugnatum
est.

Longe igitur gratius papistis esset,
& Ecclesiæ perniciosius, nos omnes
unanimiter cedere, & concedere papi
tis

O

ffis eosq; uel aliquatenus, saltem in re-
stituendo papatu adiuuare, quam quod
sit quisquam, qui ad constantiam in
uera Religione Ecclesias hortetur.

Præfens negotium plane perinde
se habet, ac si quis aggeres ualidis aquis
oppositos uel pauxillum aperiat, tum
uero tota moles aquarum eo incum-
bit, perruptoq; aggere late campos, se-
getes ac pagos subuertit.

Omnes alioqui sumus a labore &
cruce ad libidinē & uentris commoda
procliuēs, quare, cum semel per Adia-
phoristas tantæ autoritatis homines se-
mita ad effugiendam crucem ostensa
est, omnes eo magno impetu ruunt, nec
postea cogitant, quid, quando & quo-
usq; pie concedi possit. Omnia tan-
dem eis sunt mœra Adiaphora. Ad hoc
autem probe subseruiunt Adiaphoristæ
nolunt enim specificare (sicut ab Ham-
burgensibus rogati sunt) quid, quan-
do, & quatenus concedi possit: sed tan-
tum in genere dicunt, ob publicam
tranquillitatem cedendum esse in Adi-
aphoris, eam ipsorū generalem sētentiā
unusquisq; accōmodat ad ea, quæ uult.
Com.

Comp
dio ist
effugia
fitende

Pr
lunt la
nobis p
& Eccl
ent au
perius
pinor.
Viten
tum &
in uera
lentas
Christ
ut uiue
Nobis
nos ul
uel eti
aduolu

RES

Vt

Comprimendus est igitur summo studio iste aquarum impetus, & omnia effugia a ueritate occludenda, ut confitendo & patiando ueritas retineatur.

Proinde si patres Ecclesiæ N. uolunt laborare in instituenda concordia nobis profecto rem longe gratissimam, & Ecclesiæ utilissimam facient. Efficient autem id pie ea ratione, de qua superius diximus, & non aliter, ut ego opinor. Imperrent tantum a Dominis Vitenbergensibus, ut cum suo exemplo tum & scriptis omnes ad constantiam in uera religione, cauendasque fraudulentas, & impias luporum & ouium, Christi & Belial conciliationes hortentur, ut uiuente Lut. pie, utiliterque fecerunt. Nobiscum eis nihil difficultatis erit, nos ultro, non tantum tacebimus, sed uel etiam pedibus Theologorum nos aduoluemus.

RESPONSIO M. F. IL

Iyr. ad Epist. Phil. Mel.

Vtrumque scriptum aditum est
mense octobri anno

1549.

O 2

Simeon

Simeon iam senex, ingentiumque,
Sac propemodum infinitarum Ec-
clesiæ Dei calamitatum, quas par-
tim ipse in se expertus erat, partim in
fratribus suis, magno cum animi dolo-
re spectauerat, non ignarus, ad diuam
uirginem, de recens nato Christo ual-
de gaudentem, inquit. Ecce iste posi-
tus est in ruinam & resurrectionem
multotum in Israel, & tuam ipsius ani-
mam pertransibit gladius, ut reuelen-
tur ex multorū cordibus cogitationes.

Quasi diceret, bona uirgo, sanctis-
sime facis, quod uehementer lætaris de
acquisito Christo, sed heus tu, sis etiam
parata ad ferendas ingentes misérias,
quæ istum puerum comitabuntur, nec
unquam abijcias eum, ullis quantum-
uis ingentibus Satanæ machinis op-
pugnata & concussa. Neq; enim leuia
quædam mala tantum tibi expectanda
sunt, ut paupertas, quam tu iam quoq;
fers patientissime, nec tantum odia
summorum & pericula uitæ, quæ etiam
pro tua pietate ac æternæ uitæ spe, facile
subire posses, maiora tibi adhuc perfe-
renda sunt.

Tu

Tu uehementer diligis Deum & tu-
um proximum, in primisq; gentem tu-
am, quam statuis solam esse populum
Dei, adhuc & doctores in cathedra Mo-
si sedentes ueneraris. Ista uero gens, &
isti doctores hunc diuinitus missum
Messiam, quem tam diu tantopere de-
siderauerunt, detestabuntur, persequen-
tur & tandem interficient. Atq; ita tum
Dei gloria uiolabitur, tum ista tua gens
una cum isto diuinitus instituto docto-
rum ordine, maxima ex parte in ater-
num exitium abijcietur. Ob quæ ingen-
tia mala tu non immerito tantum do-
lebis, ut cuperes uel anathema esse, si
ea ratione mala hæc impediri possent.
Tu tamen sanctissima uirgo perfer hæc
omnia ob puerulum istum, & obdura,
nec te ullis scandalis ab isto puerulo ab-
strahi patiaris. Hic dolor tibi profecto
olim proderit, cum Dominus abster-
get lachrimas ab omniū suorū oculis.

Hunc ingentem dolorem & ueluti
cordis lacerationem multi nunc pij ob
præsentes misérias, ut ex ipsorum gemi-
tibus, & luctu plenis querelis apparet,
perpetiuntur.

Equidem de me hoc uerissime co-
ram Deo testari possum, me de nullis
unquam malis tantopere doluisse, nec
de parentum nec sororum, neq; etiam
liberorū morte, quantū de præsentibus
Ecclesiæ calamitatibus iam diu dolui.

Tristatus enim uehementer sum, fu-
itq; ueluti gladius in osibus meis, & ho-
dierna die tristior: Primum, q̄ uidi hāc
Dei uētricē per orbem terrarū causam,
hocq; Iesu Christi Euangeliū tam clare
mundo in tenebris & umbra mortis se-
denti reuelatum, tam turpiter ab alijs
deseri, ab alijs prodi, & ab alijs alijs mo-
dis oppugnari ac eueri.

Deinde dolui etiam cum alios ui-
ros, tum in primis D. Philippum cum
impijs ac hostibus Dei episcopis clā cō-
sultare, pati, ut impiæ aulæ eorum au-
toritate ad restituendum papatum abu-
tantur, atq; ita homines, profecto tunc
mihi dilectissimos, tum se tum & to-
tam Ecclesiam Christi ingentibus æ-
rumnis inuoluere. Sæpe profecto, quod
Deus nouit, dixi, utinam ego, aut ali-
quis mei similis nihili homuncio ista
ageret, & non isti tanti uiri. Sæpe cupi-
ui pro

ui pro
peccat
uenire

Hu
lippo
pe eun
ne iuu
quibus
tur, &
dixi, D
per no
hæc S
prima
eum d
lius ip
nostra
est, qu
as, tu h
late sp
da, ec
eo egi
bam,
quous
multo
modi
quam
Eas

ui pro eis anathema esse, quod ex meo
peccato minus mali ad Ecclesiam per-
ueniret, quam ex ipsorum.

Hunc meum animum sæpe D. Phi-
lippo iam dudum coram declaravi, sæ-
pe eum tum uoce, tum scripto orau-
ne iuuet istas perniciosas actiones, ex
quibus ingentia scandala consequen-
tur, & papatui aditus patefieret. Sæpe
dixi, D. Præceptor, hoc agitur ab impijs
per nostros, ut hæ regiones & Ecclesiæ,
hæ Schola & Ciuitas, imo hæ personæ
primæ papatum restituere incipiāt, quæ
eum delere adiuerunt, quo postea faci-
lius ipsi reliquas omnes impietates in
nostras Ecclesias intrudere possint. Nō
est, quod tantū hoc auditorium respici-
as, tu habes tam late auditorium, quam
late sparsi sunt pij, ad eos te accommo-
da, eos ne scandalizes. Hæc tunc cum
eo egi, cum adhuc nihil minus cogita-
bam, quam rem eousq; progressuram,
quousq; iam progressa est, cum quidem
multos cernerem plus fauoris & com-
modi cōsequi ex suo epicureo obsequio,
quam me ex mea stoica ueritate.

Eas pias admonitiones primo ita ac-

O 4 cepit,

cepit, ut etiam polliceretur, se ab istis
actionibus destitutum, quereretur de
conscientia, ac polliceretur se, quouis
alio potius abiturum, nonnunquam
etiam nominatis locis, quā porro istos
pessimos conatus cum lesione consci-
entiæ adiuturum. Postea tamen coepit
magis ac magis adiaphora promouere.
Quare & ego magis serias admonitio-
nes adhibui, donec etiam publica co-
ram Ecclesia admonitio æderetur, ut ex
mea apologia ad Scholam apparet.
Eam Christianam admonitionem ita
duriter excepit, ut, si a maledico quopi-
am eum iniustissime accusante, ueniret,
Quare iratus epistola acerbe respon-
dit, ac de multis duriter criminatus est.
Ad singula Deo uolente respondebo,
ac ostendam, me in mea christiana ad-
monitione nihil falsi nec impij posu-
isse. Postulat enim hoc publica utilitas,
ut ostendatur, iuste eos facere, qui præ-
sentibus Ecclesiæ Christi in Ecclesiam
Antichristi trāsformationibus nostræq;
religionis corruptelis sese opponunt.
Nam quod mihi, alijsq; eum Christia-
ne monentibus ualde irascitur, non fa-
cit pie,

cit pie
seducto
(ut sen

Pr
positi
boni u
adiaph
strarum
forman
nam, p
stram
lat) cor
huc in
si muta
hoc so
clesia V
cum In
quisqu
aut Ec
me, sed
ipsi Ly
hi & o
fuerunt

In
bus dic
rumpi.
in Lyp

cit pie, christianius enim esset ipsi
seductoribus istis, & suæ cuidam nimiae
(ut lenissime loquar) facilitati irasci.

Primum dicam de principali pro-
positione. Quod ego & alij quidam
boni uiri querimus, quod per præsentia
adiaphora, tum doctrina, tum ritus no-
strarum Ecclesiarum in papatum trans-
formantur, respondet prius ad doctri-
nam, postea de ritibus, Calumniam no-
stram de doctrina (ut ipse eam appel-
lat) confutari dicit, eo quod nihil ad-
huc in Ecclesia & Schola Wittebergen-
si mutatum sit. Verum confutatum est
hoc sophisma alibi, nam aliud est Ec-
clesia Vittenbergensis, & aliud Lypsi-
cum Interim. Non oppugno ego, nec
quisquam pius Vittenbergensis scholæ
aut Ecclesiæ doctrinam, absit hoc a
me, sed Lypsi Interim. Improbent &
ipsi Lypsicum Interim, tum erunt mi-
hi & omnibus pijs eo loco, quo antea
fuerunt.

In Lypfico Interim & eius fratri-
bus dicimus nostram doctrinam cor-
rumpi. Id clare probari potest, nam cur
in Lypfico Interim propositio Sola fi-
de, in

O 5

de, in

de, in gratiam Episcoporum negligi-
tur: pro qua tam diu nostræ Ecclesiæ
pugnauerunt, & qua tam multi pii do-
ctores inter docendum usi sunt, & ho-
dierna die utuntur. Certe hoc sine frau-
de esse non potest, præsertim cum & in
alio adiaphoristico scripto clare pona-
tur, *Wir streiten nicht vom wörlein*
Sola, Itē/ das der mensch fürnēlich
gerecht für Gott vnd Gott angene
me sei vmb des Nütlers willen durch
den glauben. Item, dicit Lypsicum In-
terim, bona opera ad iustificationē esse
necessaria. Quas esse manifestas articuli
iustificationis corruptelas quicuis nostræ
doctrinæ gnarus affirmabit.

In capite de poenitentia proponitur
summa quædam doctrinæ, quæ in cō-
munionē docenda sit, plane legalis &
non Euangelica. Nusquam est, quod
Fides, qua statuamus nos simul accipe-
re remissionem peccatorum, ad com-
munionem afferenda sit, quod est ma-
nifestissime contra locos communes,
& nostram doctrinam.

In eodem capite post absolutionē est
adiuncta uox, *vñ was dem anhengig/*
quæ

quæ h
(quib
ditur)
& ind
uideo,
Inter p
ponur
In
eo ritu
tur gra
bant C
nostræ
am De
a Deo
In
nation
gionen
id doc
iubent
obedir
intellig
gum &
festos
Domir
militer
daturo
querit

quæ haud dubie a papisticis episcopis
(quibus regimen super Ecclesiam tra-
ditur) exponetur, quod satisfactionem
& indulgentias significet: Nec ego sane
uideo, quid aliud ibi significare possit.
Inter partes pœnitentiæ ibi fidem non
ponunt.

In capite de confirmatione, cum
eo ritu ab episcopis obeundo coniungi-
tur gratia Dei, qua confirmari debe-
bant Christiani. Iam plane contra
nostram doctrinam est alligare grati-
am Dei ad ritum ab hominibus & non
a Deo institutum.

In capite porro de Ecclesia & ordi-
natione sacerdotum, totam nobis reli-
gionem funditus evertunt, cum iubent
id docere, quod Ecclesia ordinat. Et
iubent simul omnes doctores Episcopis
obedire. Quales autem hic Episcopos
intelligant, declarant in fine, cum Pflu-
gum & Misnensem episcopum, mani-
festos Euangelij persecutores pro suis
Dominis Episcopis agnoscunt, seq; hu-
militer cū eis reliquos articulos cōcor-
daturus pollicetur. Ex istis omnib⁹ cui-
q; veritatis cupido facilimum est ani-
uer-

maduertere, quod per Lypsicum Interim aliaq; nostra doctrina corrumpatur.

Hic uehementer miror, quod in Epistola monet, ut hoc agamus, ut doctrina fideliter ad posteritatem propagetur, nam profecto per istas praesentes corruptelas non tantum non propagabitur ad posteros, sed etiam nobis ex manibus citissime extorquebitur. Monet igitur, ut ea faciamus, quibus contraria ipsemet facere, nouas istas deformationes iuuando, non desinit. Sed nihil est necesse me uehementius in hac parte probanda sudare, cum epistola nullis firmis rationibus nostram assertionem confutauerit, sed tantum crasso sophismate eluserit, & imperitioribus fucum fecerit.

Iam uenio ad alteram partem, in qua de rituum mutatione se excusat. Fatetur se suasisse tum alijs tum Francis, id est, Marchionis Alberti concionatoribus, sicut in epistola ad Hamburgenses clarius dicit, ut reciperent eam formam, quam eis post Caesareum Interim Aula proposuit, quia sine impietate

pietate
sultius
Ecclesia
principi
ne impi
tamen
uel alie
tum ha
Adiaph
ferri fir
ullis ra
sto iuu
sentes r
de doc
esse sine
Pri
ca impi
co Inter
reclude
de facie
uaretur
partem
mitijs il
am, das
ter / de
also / v
fleschle
coelis, no

pietate seruari potuit, & id fuerit con-
sultius, quam uel uastitatem facere in
Ecclesijs, uel meru seditiois territare
principes. Affirmat tantum potuisse si-
ne impietate ferri illam seruitutem, nec
tamen id probat, nec confutat uel mea
uel aliorum scripta, in quibus proba-
tum haftenus firmiter est, nō posse istas
Adiaphoricas mutationes & seruitutes
ferri sine impietate. Ociose igitur sine
ullis rationibus disputat. Sed ego Chri-
sto iuuante hic denuo probabo, prae-
sentes mutationes, etiam in ritibus (nā
de doctrina superius dictum est) non
esse sine impietate.

Primum igitur uerum est, non pau-
ca impia fuisse in illo secundo Franci-
co Interim: inter coetera fuit etiam de
recludendo Sacramento in ciborio, ac
de facienda argentea lagenula, ubi ser-
uaretur sanguis Christi: Contra quam
partem lepide nobilis quidam in co-
mitijs illis iocatus est in hanc sententi-
am, *das er hette gelernet / vnser Va-
ter / der du bist im Himel / vnd nicht
also / vnser Vater / der du bist in dem
fleschlein* / id est, Pater noster qui es in
coelis, non, qui es in lagenula. De-

Deinde & in Lypfico Interim multi ritus impij instituuntur, ut unctio, confirmatio, Item præter communionem spectaculum missæ, nam Lypficū Interim clare diuersis nominibus duobus hæc notat, *Mess vnd Communio*. Certe impium est cum Sacramento altaris extra communionem ludere. Impium est cum impijs ueram doctrinam conformare, quibus ne aue quidem dicere licet. Impiū est contraria confessioni facere. Impium est dare manifestam occasionem restituendo papatui. Fugienda enim & non accersenda est Idolatria. Impium est imminuer libertatem Ecclesiæ, in qua eam Christus collocauit. Impium est Antichristo & eius Episcopis subijcere Ecclesiam CHRISTI, qui pijs anathema esse debent.

Deniq; extreme impium est ea agere (quæcunq; illa demum sunt) per quæ confirmantur impij ita, ut triumphent, contristantur piæ mentes, languescunt pijs, & in dubitationem inducuntur, quod per pseudoadiaphora fieri clarescriptū Philippi de Adiaphoris fatetur.

Hasc

Hasce ne impietates Ecclesiæ Dei in ri-
tibus admittere debent, propter longe
incertissimam spem pacis: Atq; has-
ce tantas impietates ipse sub una linea
ueste tegere conatur, uultq; persuadere,
agi de quibusdam rebus longe leuiori-
bus, quam sit paupertas, iniuriæ, labor
docendi, odia potentum, &c. Quod
idem est, ac affirmare, malum culpæ
esse leuius malo poenæ: sic leuius erit
abnegare Christum, quam exulare aut
paupertatem perpeti, quia minus ledit
corpus.

Ait Epistola, nos non debuisse ob-
liuisci charitatis. Quid magis decet
charitatem, quam impedire istas præ-
dictas impietates & corruptelas, quibus
proximi salus, & gloria Dei uiolatur:
& quid est magis contra charitatem,
quàm iuuare istas religionis corruptelas?

Quod dicit me uociferari, potius
faciendam esse uastitatem, aut metu se-
ditionis terrendos principes. In Apo-
logia nihil tale scripsi, alicubi hæc uer-
ba adscripsi, quod publico scripto fu-
issent cōfutandæ illæ corruptelæ Fran-
cici Interim & aliorum, quod tum
docto

doctores, tum auditores adhortandi fu-
issent ad constantiam, euentus uero
Christo commendandus. Ego sane pro
mea ruditate nullam aliam uiam ser-
uandæ ueritatis noui, nec ex Luthero
aliam audiui.

Tribuo profecto Philippo multas
uirtutes, sicut & omnes sani, hoc tamen
certe ei tribuere nondum possum, quod
ipse adeo sapiens sit, ut possit ab Euan-
gelio, salua eius puritate, gladium & ig-
nem, quem Christus cum Euangelio in
terram misit, remouere. Nondum
possum mihi persuadere, inuenire eum
posse tantam aliquam moderationem,
ut salua ueritate religionis Christianæ,
& piorum ædificatione, Diabolus pi-
os persequi desinat: Video enim, ne
Christum quidem aliam rationem de-
fendendæ ueritatis in Ecclesia nouisse, nisi
constantem confessionem, feruentem
inuocationem diuini auxiliij, & in cru-
ce patientiam.

Nusquam uociferor faciendam es-
se uastitatem aut seditionem mouen-
dam, proinde aut non satis legit Phi-
lip. mea scripta, & ad ignota respondet,
aut ni-

aut ni-
rius) e
haurit
Q
dixisse
dū ab
sus re
mend
nibus
tat in
terim
libitu
bus ue
esse m
men p
nifestu
non m
dam e
sum pr
pus sit
Episto
in Ber
tur, ue
Non s
scribo
daci) a
Sci

aut nimis libere (ne dicam aliquid durius) ex meis uerbis sensum, quem uult haurit.

Quod dicit, me narrare quendam dixisse, Philippū affirmasse nō discedēdū ab Ecclesia, etiā si omnes ueteres abusus restituerentur, idq; manifestum mendacium esse contendit. De omnibus ueteribus abusibus nusquam extat in meis scriptis, ego tantum de Interim scripsi. Quare miror cur ita prohibitu omnia mea dicta alijs atrocioribus uerbis efferat. Porro quod dicit, esse manifestum mendacium, nec tamen probat, mihi sane nondum manifestum est. Ego quidem scio me non mentiri in eo, quod scripsi, quendam e Marchia talia scripsisse, & possum proferre exemplar literarum, si opus sit. An autem uel scriptor illius Epistolæ, uel consul, qui ea Phil. uerba in Berlinensi conuentu recitasse scribitur, uel aliquis alius mētus sit, ignoro. Non spargo igitur mendacia, sed uera scribo. In posterum, si me uolet mendaci arguere, meminerit etiā, ut probet.

Scripsi alicubi in Epistola ad ipsū,

P

idq;

idq; his ipsis uerbis, me hunc præsente
statum, quem ipsimet constituerunt,
quia sit pius, & ad ædificationem Ec-
clesiæ utilis, cupere conseruatum: Quis
id pius & sanus non cupit? Quid hic
superbe, aut Thraconice dictum est? &
tamen quam belle ibi rhetoricatur?
dubitat, an de statu politiæ, aut Eccle-
siæ loquar, & tandem concludit. Si
potest Ecclesijs ille defensor status au-
reum seculum restituere, triumphet, ut
uolet: Quasi ego, nescio quæ magnifi-
ca iactarim me præstiturum esse. Ipsi
solent in publicis concionibus & lecti-
onibus suum istum aureum Adia-pho-
rorum uitulum celebrare, prædicare
præsentium temporum fœlicitatem, q̃
sit melior status, tum in politiâ, tum in
Ecclesia, quam fuerit sub priori princi-
pe, quodq; maior iam sit spes institu-
endæ disciplinæ, q̃ unquā antea. C. nō
quærere interitum nostræ religionis, &
plane aurea secula ex istis suis nouis In-
teritib⁹ polliceri, Ego nihil tale de meis
conatib⁹ iacto, Sed nimirū ista misera
rhetorica, undiquaq; p̃sidia sophistica
quærēs, nihil aliud indicat, nisi se pessi-
mā causā p̃ manib⁹ habere. Quod

Qu
scrip
action
etiam
tiæ co
ideo n
lat, pa
pidita
deniq;
lūniol
gula c
q; ad
tra, na
purita
b⁹ p̃fe
dixi in
me nō
in Ecc
patefa
restē u
cum u
R
rum d
non t
destia
q; uer
adiapl

Quod uehementer dolet, me ex eius
scriptis & sermone probare, praesentes
actiones Ecclesiae perniciosas esse, seq̃
etiam proprii oris, atq; adeo conscien-
tia confessione constrictum teneri, atq;
ideo me multorum criminum insimu-
lat, parum sanctae cultae amicitiae, cu-
piditatis serendi inter amicos odia, &
deniq; sycophantiae, qui eius dicta ca-
luniose deprauem. Respondeo ad sin-
gula ordine. Primum me amicitias us-
q; ad aras colendas censere, & non ul-
tra, nam & Christus seuerè praecipit, ut
puritatem Euangelij omnibus homini-
bus pferamus. Sed de hoc crimine nuper
dixi in pfatione in Apologia. Secundo,
me nō ideo recitare ullorū dicta, ut serā
in Ecclesia discordiam, sed ut ueritatē
patefaciam, de quo meo animo Deum
testē uoco, nō excitari autē simul odia,
cum ueritas defenditur, impossibile est.

Recito etiam ideo aliquando alio-
rum dicta, ut sciant tum ipsi, tum & alij
non tantum me, quem illi pro sua mo-
destia facillime despiciūt, sed alios quo-
q; uere pios & bonos uiros serio istas
adiaphoristicas fraudes improbare.

P 2

Ad

Ad postremum, quod dicit me calumniose sua dicta interpretari, nec tamen quicquam probat. Respondeo debuisse eum speciatim in aliquibus dictis probare, me calumniose eius sententiam peruertisse, aut ulli falso sermonem attribuisse, & tum demum me calumniae arguere. Sed uere iam isti adiaphororum magistri multa dicunt, & paucissima probant. Verum & hanc non probatam propositionem Deo iuuantem confutabo, sicut & alias.

Respondeo igitur de recitatione eius somniorum, me non tanti somnia uel eius uel ullius hominis facere, quanti ipse sua facit, qui ea propemodum pro oraculis quibusdam habet, & etiam impressione dignatur. Sed primum edidi ea, ut ipsum admonerem de poenitentia, qui sua somnia (ut dixi) facit maximi, deinde, ut eius addita somnij interpretatione ostenderem & alijs, quid de istis fraudibus ipsemet sentiat. Nam recitauit illud somnium de fenestris, & interpretationem eius saepe coram multis, & dixit esse pulcherrimam praesentium actionum picturam.

Quod

Q
eius cit
primo
genfi
ad Ha
quid
iam de
putare
Confer
cum m
dicet.

Ca
scientia
ones fa
ram m
mum e
modo
firmat
mens a
mea ru
tellexi.

Se
morare
menda
prober
titum
tice dep

Quod attinet ad ea, quæ ex scriptis
eius citavi, ut Epistola ad Carluicium,
primo *bedencfen* / scripto Celenfi, *Be-*
genfi, scripto de Adiaphoris, Epistola
ad Hamburgenses, & alijs, nihil scio,
quid sycophantice citarim, nec uolo
iam de singulorum dictorum sensu dis-
putare, prolixitatis uitandæ gratia.
Conferat igitur ipse lector scripta illa
cum meis citationibus, & candide iu-
dicet.

Cæterum quod scripsi eum de cō-
scientia læsa ob istas adiaphoricas acti-
ones sapiissime & grauissime, idq; co-
ram multis questum esse, plane uerissi-
mum est. An autem, cum idem, eodem
modo sapius, idq; coram pluribus af-
firmat, sit statuendum, quod ea sit eius
mens aut non, ipse uiderit. Ego, pro
mea ruditate, si ceius uerba hactenus in-
tellexi, ut usitate significant.

Sed quid in hac parte diutius im-
morarer? Hoc tantum peto, ut, cum me
mendacij & sycophantiæ arguere uoler,
probet quoq; simul, me alicubi uel mē-
titum de eo esse, uel eius dicta sycophā-
tice deprauasse, & non sine ullis proba-

tionibus pro libitu quiduis affirmet, ne forte ipsemet eius peccati reus fiat, quod alijs tam liberaliter tribuit. Illud certe negari nō potest, me sancte facere, qui, cū certo sciā ex plurimis serijs Philippi affirmationib⁹, eū ob istas Adia- phoricas fraudes in malam conscientia incidisse, alios pios moneam, ut caueāt, ne suam quoq; conscientiam talibus corruptelis pollui sinant. Cōtra ipsum non recte, qui eadē alijs suadeat. Sed ista solent esse illa opima spolia, quæ ex fortiter deuicta conscientia referimus.

In epilogo prolixè rhetoricatur, me ei non tantum stylum, sed etiam atrocia, atq; adeo gladios minari. Equidem uehementer doleo, quod meā Christianam admonitionem, quam secundū Christi de admonendo proximo regulam institui, tam parū Christiane excipiat, ac pro hostili inuestiua habeat. In qua certe ego (ut Christus nouit) nihil aliud, quam salutem proximi & gloriam Dei quæsiui. Vbi autem in meis literis legerit, me ei aliqua uehementer atrocia, aut etiā gladios minari, plane ignoro. Animaduerti in alijs huius Epi-
stolæ

stolæ
ostend
durius
sum ex
hoc fo
est me
stola p
cerbar

E
ille me
stor D
minan
mana
tor, au
gnates
ri posi
dixerū
acturo
nator
tracta
quā q
phori
audio
Eccles

A
meis f
hac m

stolæ partibus, & superius aliquoties
ostendi, eū nimis pro libitu (nolo enim
darius de eo loqui) accepisse eum sen-
sum ex meis uerbis, quem uoluit, ut in
hoc forte etiam fecerit, atqui hoc non
est moderari responsiones, sicut Epi-
stola pollicetur, sed uehementer exa-
cerbare.

Ego (quoniam non satis noui, ubi
ille meis scriptis gladios appingat) te-
stor Deum, animum meum non fuisse
minandi ei uel gladios uel ullam hu-
manam uim. Sane is ego sum gladia-
tor, aut ex sunt meæ opes, uel apud Ma-
gnates fauor, ut ei etiam gladios mina-
ri possim. At illi mihi minati sunt, cum
dixerūt, si me illic haberent, aliter mecū
acturos, quā cum Torgensibus concio-
natoribus, quos tamen satis inclemēter
tractarūt. Imbecilliores profecto sum⁹,
quā qui Papistis, Interimistis, aut Adia-
phoristis gladios minemur, quos oēs iā
audio conspirare contra hasce miseras
Ecclesiæ Christi reliquias.

Affirmat multorum piorū animos
meis scriptis uulnerari, & se iudicare in
hac mœsticia temporum consolandas

& fouendas esse Ecclesias. Equidem
testor dominum Iesum, hoc esse uni-
cum meum studium, ut in hac iam ag-
nita & uerissima Dei religione omnes
confirmem, & ad constantiam adhor-
ter. Ac spero omnes pios hunc meum
animum ex ipsis scriptis agnoscere, nec
pauci uere pij & zelo puritatis in reli-
gione Christiana ardentes mihi signifi-
cant, nostra scripta multos confirmare,
contra adiaphoricas actiones multipli-
citer Ecclesiam Christi affligere. Cum
autem simul necesse sit me arguere prae-
sentes Adiaphororum corruptelas, atque
adeo earum autores adiutoresque, credo
sane aliquos concuti, cum audiunt tan-
tos uiros tam malis negocijs patrocina-
ri. Verum huius mali ipsi causam prae-
buerunt, qui passi sunt malos homines
se ad istas fraudes adhibere, & postea in
publico conuentu Lypsiæ suo nomine
istud nouum Interim promulgare. Ad
hæc longe maius scandalum sequu-
tum fuisset, si iam Lypsicum Interim
in Vitenbergensem, & alias Misnicas,
Ecclesias intrusum fuisset. Quod certe
hactenus accidisset, nisi ei repugnatum
fuisset. An

An autem D. Philippus foueat & consoletur pios, dum eos, quod ipse met in scripto de Adiaphoris confite-
tur, per suas Adiaphoricas mutationes contristat, languefacit & in dubitationem inducit, cuiusuis sani hominis communis sensus facile dijudicabit.

Cum Epistola dicit, multos dolere condemnari illas Ecclesias, falso nobis tribuit condemnationem illarum Ecclesiarum. Nam ego laudaui & laudo eas, quod neq; a potentibus, neq; a doctis se persuaderi patiuntur, ut istas novas corruptelas accipiant, puramq; Christi religionem retinere conentur. Admonere unum aut alterum de poenitentia, & Ecclesias de cauendis fraudibus Adiaphoricis, non est Ecclesias condemnare, ut quidem ego rem intelligere possum.

Hactenus quidem (ut opinor) factis confutaui, idq; ueris argumentis, ea, quæ contra meam Apologiam allata erant, quanquam nullis penitus rationibus fulta. Verum quoniam uult nos aures & oculos testes eorum facere, quæ aguntur, ideo sane cognoscamus,

P 5

quid

quid isti testes affirmant. Primum au-
scultemus, quid aures asserant.

Aures primum dicunt, se audisse,
DOminum Philippum semper fuisse
lenem, & nonnunquam in magnis re-
bus faciliorem, quam par fuit, ut ex-
empli gratia, quod recens duobus con-
sulentibus, an possint bona conscien-
tia accipere papisticos, ordines ea spe,
quod sic canonicatus & præbendas
impetrare possint, respondit, posse: Al-
teri illorum, iam canonico, per quem
tota Marchia ad impietatem inclinata
est, dixit, *Kanstu es nicht umbgehen/
so magstu es thuen*/ talia consilia saepe
& alias dedit. Debuissent illi nebulo-
nes Luth. consulere, ille eis aliter re-
spondisset, opinor dicturum fuisse,
*wiltu es nicht umbgehen/so magstu
zum Teuffel faren*. Sed ego adhuc ali-
quando istius Apostatae historiam reci-
tabo. Item referunt, quod in magnis
periculis aliquantulum imbecilior esse
soleat, ut epistolæ Lutheri Augustam
scriptæ claræ indicant, & præteritum
bellum plus satis indicavit, in quo ei
nulla urbs satis munita fuit, nisi ea, quæ
nullum

nullu
uit no
ut ho
mus,
nimi
to au
solum
ad in
uocat
fufur
nifi c
man
sto ru
hone
uentu
de D.
const
pugn
undi
mitu
rum,
dadi
insol
glori
fumi
ribus

nullum hostem habuit. Hæc Deus no-
uit non dici in eius contumeliam, sed,
ut hominum infirmitatem cognosca-
mus, ac in eos, præsertim in tanta re nõ
nimium fidamus,

Item narrant aures, se ex multis cera-
to audiuisse, D. Philippum sæpe etiam
solum, nonnunquam & cum alijs, iam
ad impios Episcopos, iam ad aulicos
uocatum, & cum eis de religione con-
fussurasse. Inter cætera semper adiectũ,
nisi cesserit & concesserit uenturos Ro-
manos, & cælum ipsum cum suo Chri-
sto ruiturum esse. Aiunt etiam multos
honestos homines, qui Lypsia in con-
uentu interfuerunt, uehementer queri,
de D. Philip. quod non confirmauerit
constantiam delectorum, sed etiam op-
pugnauerit. Afferunt etiam aures se
undiquaq; audire, tum miserabiles ge-
mitus, eiulatus, & lamentationes pio-
rum, in quibus Spiritus S. per ista pseu-
dadiaphora est contristatus, tum etiam
insolentes gloriations impiorum, qui
gloriantur suas impietates iam etiam a
summis nostrarum Ecclesiarum docto-
ribus probari, ac inter cæteros Pflugum
post

post Begensem conuentum inter suos
ouantem dixisse, se non dubitare, quin
si res penes unum quendam solum sta-
ret, possit de uniuerso papatu transigi.

Docent etiam aures afferri tristes
rumores & querelas ex Francia, Hasfia,
Misnia, Marchia, Saxonia de D. Philip.
quod suis scriptis ibi impios confir-
met, & pios languefaciat. Sicut ante
paucos menses dicebat hic quidam Su-
perintendens, effecit mihi ex meis pa-
rochis meros Interimistas. Item aiunt
aures, se audiuisse ex eius ore, quod dixe-
rit, præsentes actiones tendere ad re-
stitutionem papatus, & multa alia
eiusdem generis, quæ alibi enumera-
ta sunt. Affirmant etiam aures se au-
diuisse nuper, Torgensis Ecclesiæ Euan-
gelistas Vitembergæ male tractatos, &
ab ipsis hæreticæ prauitatis inquisi-
toribus examinatos, quia noluerint in-
cipere deformare Ecclesiam. Hæc om-
nia aures constanter asserunt se a mul-
tis, & fide dignis audiuisse, & his plura.

Iam consideremus, quid alteri re-
stes, nempe, oculi dicant, qui magis fi-
deles existimantur. Oculi dicunt, se le-
gisse in Epistola ad Carlouicium, quod

autor
uolen
quo m
let sta
scrip
Item
rim,
etiam
se mu
pro, d
ge sa
alio q
de par
cipue
stola a
umbr
stitu
plæro
facian
sus po
quoru
cant c
in Ly
multa
sunt)
Item
impre

autor de religione loquens, dicat, Multa
uolens largior. Item, non impediam,
quo minus princeps instituat, quem uo-
let statum. Item, aiunt se legisse in alio
scripto, ubi expresse petatur Interim.
Item in primo *bedencken* supra Inte-
rim, cum multa alia non bona, tum
etiam, quod ipsemet scriptor fateatur,
se multa concedere. Item in alio scri-
pto, *das sie viel streitige groswichti-
ge sachen lassen fürüber gehen.* In
alio quodam scripto, se non pugnare
de particula sola fide, Ibidem, nos præ-
cipue per Christum iustificari. In Epi-
stola ad Hamburg. uelle Gubernatores
umbram disciplinæ, non rem ipsam re-
stituere, eo autem spectare uoluntates
plætorumq; præsertim potentum, ut
faciant inclinationem ad omnes abu-
sus pontificios, & per restitutionem
quorundam ineptorum rituum redu-
cant omnes ueteres superstitiones. Item
in Lypfico Interim, & alijs similibus
multa impia (quæ superius enumerata
sunt) admitti, ac in Ecclesiam reduci.
Item uidisse se mandatum Principis
impressum, in quo sæuere iubeatur
Lypsic

Lypsicum Idolum in Ecclesijs Christi
erigi.

Hæc atq; alia huiusmodi sibi mu-
tuo probe conscientia cum utriq; testes,
aures & oculi iudici menti constanter
affirment, si is iudex pietatem Christia-
nam uere & non fictè amat, exiliet pro-
fecto, ac ueluti si domus ei arderet, aut
thesaurum quispiam e domo ei auferre
uelleret, nihil non tentabit, conabiturq;
omnia ea facere, quæ pie & iuste pote-
rit, ut istum cœlestem Euangelij thesau-
rum apud se retineat. Sin uero paruise-
cerit pietatem, dicet testibus & nuncijs
auribus ac oculis, non est uerum, quod
uos dicitis, ego mihi fortiter persuadeo
nihil periculi adesse. Et, etiam si aliqua
particula istorum, quæ uos dicitis, uera
est, tamen aliquis alius pro me defendet
religionem, aut etiam sua sponte res
melius habebit. Non est, quod ego sim
sollicitus de istis paruis rebus, habeo
alia maioris momenti, quæ rectius
agam. Adhæc & Leo est in ea uia, is me
deuoraret, si accurrerem, ut religioni
opem ferrem.

Tales epicurei ubiq; iā terrarū sunt
pluri

Christi
ibi mu-
q; testes,
stanter
Christia-
iet pro-
eret, aut
i auferre
abiturq;
te pote-
thesau-
paruise-
nuncijs
n, quod
rsuadeo
i aliqua
tis, uera
efendet
onte res
ego sim
habeo
rectius
a, is me
ligioni
rū sunt
pluri

plurimi, audientes agi de uera religio-
ne nolunt audire, uidentes nolunt ui-
dere, sed cogitant, si modo Deum uen-
irem, & Deum Mamona recte colere
poterant, reliqua non magni momenti
esse, & fortassis ultro se bene habitura,

At nos, qui adhuc uolumus esse
Christiani, ne simus obsecro ita Deo
pro ingenti beneficio educationis ex illa
Aegiptia Antichristi seruitute, pro eius
cœlesti Euangelij manna, proq; terra
promissionis ingrati, ut scientes & uo-
lentes a Domino & eius Euangelio
oculos nostros auertamus, nosq; ad
Antichristum & eius agnitas abomina-
tionum cœpas conuertamus, nosq; met
ipsos in æternum exitium ultro præci-
pitemus,

Nos scimus præsentem religionis
formam ueram & piam esse. Est enim
nobis tam clare probitas eius perspecta,
ut uere ante oculos nobis Christus de-
pictus fuerit: Ac uix unquam tam clare
& tam promiscue Euangelium Iesu
Christi euulgatum fuit, ut hoc tempo-
re. Scimus igitur præsentem religionis
formam piã ac sanctã esse, istã uero, quam
no-

nobis impij Episcopi aulici, & eis addi-
cti Adiaphoristæ fabricant, nondum
scimus an pia sit futura. Imo certo sci-
mus esse meras huius ueræ Iesu Christi
religionis corruptelas. Quare sollicite
nobis ab ea caueamus. Nec nos moue-
at, quod magni uiri ab astutis homini-
bus ad fucandas istas fraudes pertracti
sint.

Præsentes istæ compositiones si-
milimæ sunt ijs, quæ ante annos 19. in
Augustanis comitijs institutæ erant, ibi,
ut Philippus in Epistola ad Norinber-
genes scribit, res erat eo deducta, ut am-
bigui & flexiloqui articuli conderen-
tur, acciperentur Adiaphora Papistarû,
& Episcopis iurisdictio traderetur. Ex
ea compositione ne ipse quidem dubi-
tat certam oppressiõnem nostræ religi-
onis, sequuturam fuisse. Non est autem
dubium, quin si Lutherus non repug-
nasset, Philippus plane in eam compo-
sitionem consensisset, quod euidenter
ex Lutheri Epistolis ad eum tunc scri-
ptis, probari potest. Proinde si tunc,
cum nondum fuit summus in nostra
Ecclesia habitus, ut nunc habetur, item
cum

cum a
cum h
nimiu
ram co
dum
& hos
men
Christ
rum
Luther
um, se
terrefa
Ecclesi
hemer
sarijs,
nes par
me no
bitas la
am Ecc
mines
Christi
lent, S
tatem p
ueant.
Co
& labo
tum o

is addi,
ondum
erto sci,
Christi
solicite
s moue
omini
bertrasti
ones si
s 19. in
ant, ibi,
rinber
ut am
nderen
bistarū,
ur. Ex
dubi
religi
autem
repug
mpo
denter
ic scri
tunc,
nostra
, item
cum

eum adhuc Lutherus uiueret, præterea
cum haberet principem & aulam non
nimium cupidum istarum faudentia-
rum compositionum, adhæc cum non
dum esset ulla nostra graui calamitate,
& hostium successu perterrefactus, ta-
men uoluit in illam conciliationem
Christi & Belial consentire: Quid mi-
rum est, si iam, liberatus Tyrannide
Lutheri, (cui in epistola ad Carlouici-
um, se deformiter seruiuisse scribit) per-
terrefactus insuper tanta nostrarum
Ecclesiarum calamitate, adhæc cum ue-
hementissime ab Aula, ut cædat aduer-
sarijs, urgeatur, aliquas compositi-
ones parum pias iuuat. Hæc testor Deum
me non ideo recitare, ut Philippo de-
bitas laudes detraham, sed, ut mone-
am Ecclesias, ne temere fidant in ho-
mines, & in conseruanda pura Iesu
Christi religione magis sedulo aduigi-
lent, Satanæq; mille artes, ueram pie-
tatem perdendi cupidissimi sollicite ca-
ueant.

Commemorat passim sua merita
& labores. Agnosco autem, tum ego,
tum omnes p̄i ingentia bona nobis
Q Deum

Deum primum per D. M. Lutherum,
postea & per ipsum ac alios præstitisse.
Verum pro ijs non ita ingrati esse debe-
remus Deo, ut in gratiam instrumen-
torum, per quæ nobis ista bona collata
sunt, uelimus ipsa Dei beneficia abijce-
re, atq; ita ipsum Deum contumelia
afficere: Quod per præsentis corrupte-
las fieri superius ostensum est. Ego nos
Deo, & præceptoribus sic gratissimos
fore existimo, si ea, quæ ab eis pie, erudi-
teq; nobis tradita sunt, constantissime
contra quoscunq; demû retinuerimus.

Etiam Salomon fuit optime de
Ecclesia meritis, & omnium mortali-
um sapientissimus. Nam, præterquam
quod per 40 annos prudenter ac paci-
fice totum regnum rexit, etiam tem-
plum ædificauit, religionem constituit
a Deo dilectus fuit, cum eo Deus lo-
quutus est, & de multis humano gene-
ri utilissimis rebus doctrinam inuenit
& illustrauit. Non tamen tanti eius exi-
miæ uirtutes, ingentia merita, & eius
quasi diuina supra alios homines præ-
stantia, fieri debebant ab Israelitis, ut ei
concedere debuerint, templa idolis
con-

consti-
bilis i
mitat

Si
acies,
bene
bus, se
firman
festo
fratres
richri
prom
faciun
ut etia
princi
ubiq;
sunt,
rum a
superf
tur de
ta, sed
deq; r
exitio
ces isti
hasce
cionar
eas del

herum,
estitisse,
se debe
rumen,
collata
abijce
umelia
rrupte
go nos
issimos
e, erudi
tissime
rimus.
me de
ortali
rquam
c paci
n tem
stituit
eus lo
o gene
nuenit
us exi
& eius
es prae
is, ut ei
idolis
con.

construere, atq; ita posteris suis horri
bilis idolatriæ & tam ingentium cala
mitatum occasionem dare.

Si, cum stant sibi mutuo oppositæ
acies, alterius partis dux, quantumvis
bene meritis, confusurraret cum hosti
bus, sciens languefaceret suos, & con
firmaret aduersarios: nullo modo pro
fecto ferendus esset. Iam certe Christi
fratres stant in acie contra turbam An
tichristi. Fatentur duces se ea agere &
promouere, quæ pios quidem langue
faciunt, impios uero confirmant, ita
ut etiam triumphent. Nec tantum
principium prælij adhuc est, sed iam
ubiq; campi piorum cadaueribus strati
sunt, eorumq; sanguine rubent, ac pa
rum abest, quin & paruæ reliquæ, quæ
superfunt, penitus deleantur. Nec agi
tur de humana gloria, aut præsentis ui
ta, sed de gloria Christi capitis nostri,
deq; regno cælorû, ac singulorû æterno
exitio aut salute. Et adhuc audent du
ces isti in aceruis cadauerum stantes, ad
hasce paruas miseri Israelis reliquias cõ
cionari, se de eis bene meritos esse, sua
eas debere præcepta sequi, sic eas scilicet

Q 2

saluas

saluas fore, neq; hoc cuiquam admo-
dum indignum uidetur.

O Deus uenter, quam tu longe reg-
nas, & late potenter: quamq; homines
longe pluris iniurias & damna terre-
na, quam cœlestia faciunt: At profecto,
si sapient, tum duces de tantis malis ali-
quando tandem poenitentiam agent,
tum & miseræ Israelis reliquiæ aliquan-
to attentius cogitabunt de cœlesti ue-
ritate retinenda, etiam si uel Petrus uel
Paulus, uel aliquis angelus de cœlo ali-
ud eis suaferit.

Dominus Iesus, qui ab æterno Pa-
tre missus est, ut serpentis caput conte-
rat, eiusq; opera destruat, conterat &
perdat istas mille uaferrimi Satanæ ar-
tes, quibus iam religionem CHRISTI
astutissime & sceleratissime abomi-
nationibus Antichristi pollue-
re, perdere, & funditus de-
lere conatur,
AMEN.

DE

DE

ITE

nis AB

M. F.

I. C. I.

D.

Q

pio qu

ro me

rica co

senten

mente

plicare

gumer

untur.

DE VERIS ET FAL-

sis Adiaphoris, Matthiæ Fla-
cij Illyrici.

ITEM EPISTOLA D. IOAN-
nis AEpini Superintendentis Hambur-
gensis ad Illyricum de eadem
materia.

*Vtrumq; simul editum Calen-
dis Decembris,*

M. F. ILLYR. G. ET P. IN

I. C. liberatore, seruatore & D. nostro
D. Ioannes AEpinus Ecclesiæ
Hamburg. Superin-
tendens.

QVI fortassis magis affectu quam
iudicio mihi aliquid eruditionis
& authoritatis tribuere uidentur,
pio quodam studio ac zelo sæpenume-
ro me exhortati sunt, ut de Adiapho-
rica controuersia ædito scripto meam
sententiam testatam facerem, & argu-
mentum eius controuersiæ integre ex-
plicarem, propter illos, qui fucosis ar-
gumentis in his certaminibus decipi-
untur.

Q 3 Ego

Ego libenter equidem hic pro mea
tenuitate seruiuissem Ecclesiæ Christi,
quam uideo ubiq; terrarum Adiaphori
cis deliberationibus horrende dissipari
& euerſi: Sed ne quid supra mei inge
nij uires hic attentarem, persuasit motæ
controuersię magnitudo, & mea im
becillitas. Videbam enim uiros eximie
eruditionis & authoritatis, cum quibus
nec debeo, nec possum ullo modo con
ferri, quasi attonitos & obſtupefactos
filere ad Adiaphoricas disputationes.
Cognoscebam etiam, sapientes quos
dam in potentiorum gratiam, sapien
tiæ humanæ fūco callidius pingere
Adiaphorica consilia, & mutationes,
quam ut fraudes & doli sub istis consi
lijs latentes, a quouis detegi, dilui & re
futari satis possent, eo quod omnibus
non sit ea sermonis copia, proprietates &
perspicuitas, quam hæc tractatio re
quirat.

Ego itaq; conscius mihi meæ imbe
cillitatis hætenus expectaui, quo, qui
melioribus armis instructi sunt, quā ego
sum, hanc pugnam in se reciperent, &
pro Ecclesia Christi, contra Interimi
sticos

sticos &
decerta
clesiæ m
solabat
uersijs
pia san
fession
quæ di
ris disc

Co
strarum
serturo
la, tum
Theolo
tes, & lo
Smalca
de Adi
endis in
lis con
sum, &
obseru
farijs sa
riæ Dei
sti con

M
sine gr
ploran

sticos & Adiaphoricos dolos & fraudes decertarent. Etsi moram omnem Ecclesiae nocere intelligerem, me hoc consolabatur tamen, quod de his controuersijs certae & explicatae sententiae, & pia sanctaque iudicia extarent in confessione Augustae edita, alijsq; scriptis, quae diserte ementita Adiaphora a ueris discernunt.

Confidebam etiam Doctores nostrarum Ecclesiarum nunquam esse deserturos ea, quae tum in confessione illa, tum uiuente & praesente D. M. L. Theologi eruditione & pietate praestantes, & longo rerum usu exercitatisimi Smalcaldiae, & in alijs suis congressibus de Adiaphoris, uel retinendis uel reijciendis inter se constituerunt: Quod in illis consultationibus diligenter expensum, & expositum sit, quid in ritibus & obseruationibus Ecclesiasticis aduersarijs salua conscientia, sine iactura gloriae Dei, & adulteratione Euangelij Christi concedi possit.

Me haec in animo disputante non sine graui conscientiae lucta, taciteq; deplorante Ecclesiae praesentem calamita-

tem (quæ magis domesticis trepidationibus, desertionibus, & fucosis consultationibus, quam aduersariorum sæuicia & armis, corrumpitur, deformatur, dissipatur & euertitur) mihi præter omnem expectationem exhibetur tuus tractatus doctissime & ornatisime Magister, qui integram & explicatam scriptionem de Adiaphoris continet. Viso eius scripti argumento gratulabar Ecclesiæ Christi, quæ Adiaphoricis certaminibus ualde turbata & labefactata, in grauissimas & nocentissimas dubitationes quotidie periculosius proruebat, sinebatq; sibi persuaderi cedendo posse conseruari integritatem suæ doctrinæ. Hac persuasione autem nihil esse fallacius & uanius res ipsa etiam nunc docet, & non sine grauissima Ecclesiarum dissipatione, temporis progressu docebit clarius.

Si in comitijs principum gubernatores piam animi constantiam Christianis dignam præstitissent, nec temere, ne cogente quidem ulla magna necessitate, deseruissent confessionem Augustæ Anno 1530. Cæsari & imperij proceribus

ribus ex
sto deb
Ecclesia
tantam
tiones,
meo) h
turpem
causæ, I
sti, Qua
Ecclesia
bus, Eua
Ecclesia
contum
diculis,
cordia c
clesiæ t
req; uas

Do
punitur
fertiore
am, Ec
desertio
res præ
Ecclesia
mi con
Sed bre
Euange

ribus exhibitam, nec subtraxissent Chri-
sto debitæ confessionis patrocinium :
Ecclesia nunquam fuisset redacta ad
tantam calamitatem, & tantas dissi-
pationes, quibus modo uastatur, & (ut ti-
meo) horribilius uastabitur, propter
turpem desertionem optimæ nostræ
causæ, Imo nō nostræ, sed Dei ac Chri-
sti. Qua sana & pura doctrina nostrarū
Ecclesiarum suspecta facta est omni-
bus, Euangelium Christi, quod nostræ
Ecclesiæ pure docent, ubiq; afficitur
contumelia, omnia complentur offen-
diculis, Ecclesiarum consensus, & con-
cordia dissoluitur, & bene institutæ Ec-
clesiæ turpissime deformantur, misce-
reque uastantur & euertuntur.

Dominus certe quiduis potius im-
punitum sinet, quam hanc ueritatis de-
sertionem, & sui nominis contumeli-
am, Ecclesiæque suæ uastitatem, quam
desertione optimæ causæ, gubernato-
res præcipue inuexerunt, qui hætenus
Ecclesiam & gloriam Christi, pia ani-
mi constantia uisi sunt propugnare.
Sed breui sentient, quid sit CHRISTI
Euangelium desertione contumelia af-

Q. 5 ficere

ficere & committere, ut nomen Domini male audiat apud impios.

Pij agant gratias Domino, quod conseruati sunt, ne polluerentur peccatis grauisimis huius defectionis. Nos consoletur, & corroboret, quod Dominus in summa imbecillitate, in medijs periculis, in grauisimis tentationibus, & extremis difficultatibus Ecclesiam suam semper plantauit, propagauit, defendit & conseruauit, cuius dextera abbreviata non est. Idem poterit nunc etiam, reluctantibus omnium inferorum principatibus, eam in hisce extremis Sathanæ furoribus tueri & defendere, sicut semper protexit & seruauit, Ipsemet Deus Ecclesiæ suæ fundamentum est, non illi, qui putant se coelum suis humeris sustinere, ne ruat. Frustra itaq; cedendo placamus eos, ut Ecclesia conseruetur, qui sunt Ecclesiæ manifesti hostes.

Deus alia habet consilia quam nos, placet ipsi, ut multorum hypocrisis presentibus periculis, afflictionibus & defectionibus detegatur, utq; ficti Christiani patefiant, & uere pij probati igne tenta-

tentati
Destin
no, du
qui Eu
pidita
gratia
iudicia
deben

V
signum
am cul
placari
fucos e
fertiom
tur uel

Vt
geat, m
fia stru
in suas
persua
uari p
doctri
pensat
men r
hic uer
tionib
nostris

Domini
quod
pecca
Nos
Domini
medijs
nibus,
tesiam
gavit,
lextera
tunc
nfero
extre
defen
uauit,
amen
celum
frustra
cclesia
anife
n nos,
ocrisis
bus &
Chri
i igne
tenta

tentationis & persecutionis purgentur.
Destinato Dei consilio & Ecclesiæ bo
no, dubio procul patefiunt hypocritæ,
qui Euangelium prætexuerunt suis cu
piditatibus, & pietatem simularunt
gratia commodi. Hæc sunt iusta Dei
iudicia, quæ pios consolari & animare
debent, non frangere.

Valde autem horrendum iræ Dei
signum est, neminem hic agnoscere su
am culpam, ac lapsum, nec Dei iram
placari uera poenitentia, sed tantum
fucos excogitari, quibus peccatum de
sertionis & abnegationis uel extenu
tur uel defendatur.

Vt Diabolus ceptam desertionē ur
geat, miro stratagemate insidias Eccle
siæ struit, & præcipue ut bonos ac pios
in suas partes pertrahat mendacijs, eisq;
persuadet, mutatione rituum posse cōser
uari publicam pacē, puram Euangelij
doctrinam, ueram Sacramentorum dis
pensationem, & ueros cultus: Cum ta
men ne leuissima quidem spes nobis
hic uere ostensa sit. Istiusmodi mitiga
tionibus ac mutationibus in Ecclesijs
nostris posse retineri, uel minimum pu
ræ do

ræ doctrinæ, & ueri Dei cultus, nugæ
sunt, quibus uana tantum spe a satelli-
tibus Antichristi lactatur, imo decipi-
tur Ecclesia.

Diabolus uix potuisset aliud stra-
tagema reperire, quo facilius euerteret
Ecclesias nostras: Nam hoc stratage-
mate nos per nosmetipsos expugnat, &
Ischariotica arte Ecclesiā prodit. Muta-
tiones ac mitigationes, quæ postulan-
tur, quia tegunt fraudes, & secum tra-
hant impias doctrinæ, & cultus corrup-
telas, ideo non fuit satis Ecclesiam men-
dacij fallere: Sed a Sathana etiā extrudi
oportuit quosdā Epicureos homines,
secundū sæculum prudentes, qui mu-
tationes faciendas esse fucatis rationi-
bus, & uana proposita spe suaderent, &
adiaphorico fucō Ecclesias fallerent,
eisq; obtruderent hanc opinionem, Ec-
clesias sine Dei uerbo & fide, carnis pru-
dentia gubernari posse. Sicq; doceri
debere in Ecclesia, ne potentes offen-
dantur, & ut publica pax & tranquilli-
tas, & cuiusq; possessiones humanæ sa-
pientiæ astu conseruentur, retineaturq;
quascunq; Ecclesiæ status. Qua sapi-
entia

entia
ticiæ
phetas
sancto
ueritat
clesiā
di repr
& per
Ep
stulte
lenitat
tem sic
Christ
quitas
ueritas
mus C
Qu
curei
turpiter
nunc
multar
pi ubi
stras re
Quam
um si
filia, a
stitas

entia Epicurei illi aperte arguunt stulticiae Filium Dei Iesum Christum, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, omnes sanctos Episcopos & martyres, qui nec ueritatem Dei unquam docere, nec Ecclesiam plantare ac conseruare sine mundi reprehensione & absq; summo odio & persecutione potuerunt.

Epicurei isti sapientia carnis ebrii stulte iudicant Diabolum adiaphorica lenitate, si non omnino immutari, saltem sic falli posse, ut ex inimico amicus Christo fiat, & ut tenebrae fiant lux, iniquitas iusticia, bellum pax, mendacium ueritas, abnegatio confessio, Epicureismus Christianismus, impietas religio.

Quid autem sua sapientia hi epicurei adiaphoristae effecerint, & quam turpiter deceperint Ecclesias, docet nunc rei euentus, & testatur uastitas multarum Ecclesiarum, quam Episcopi ubiq; faciunt, ut in Ecclesias nostras reuehant omnes suas impietates: Quam etiam periculosum & noxium sit, sequi humanae sapientiae consilia, absq; uerbo DEI, praesens uastitas plus satis nos docet, & nisi saxei essemus,

essemus, sapientiores fieremus nostro
periculo & damno. Quid aliud sunt
Adiaphorica mitigationes, quam hu-
mana sapientia inania consilia? Quid
his aliud efficitur, quam quod Anti-
christo & eius abominationibus ad nos-
tras Ecclesias uia struatur, & ostium
aperiatur.

Quam artificiosus sit Diabolus,
& quam uafre possit omnia corrumpere
& inuertere, inde animaduerti pos-
test, quod doctrinam de Adiaphoris,
quam olim Præceptores nostri, animo
sancto & pio proposuerunt, ut saucia
tas conscientias sanarent & docerent,
quomodo libertate Christiana recte &
pie quisque, sine dato offendiculo, uti
posset, eo referat & accommodet, ut la-
befaciat & corrumpat nostrarum Ec-
clesiarum ueram doctrinam, ueros Dei
cultus adulteret, conscientias infirmas
perturbet & diuexet, omnia offendicu-
lis compleat, infirmos fide subuertat,
pios pastores ejiciat, ueritatem obruat,
Ecclesias uaster, & in gratiam homi-
num Antichristi abominationem, uer-
bo Dei eiectam, Adiaphorica sua sapi-
entia

entia re-
gulam
Sa-
adhibe-
semper
am, ue-
git. S-
consilij
sunt, ta-
aliquo
trahit al-
ribus in-
stis aux-
defend-
& fraud-
ut astru-
huius u-
licere in-
las adm-
ta decal-
Sathan-
tius aus-
Et
fucum
plusque
quent h-
ipsi infi-

entia reuehat in Ecclesias nostras, ad regulam uerbi Dei optime institutas.

Sathan, quia nescit moderationem adhibere in suis technis & fraudibus, semper eis uel manifestam impudentiam, uel apertam tyrannidem coniungit. Sic etiam facit in Adiaphoricis consilijs, quæ etsi satis subdola & uasra sunt, tamen quia uidebantur indigere aliquo scripturæ fucō, Diabolus extrusit alios Epicureos Magistros, prioribus impudentiores, qui Adiaphoritis auxilium præstarent, & audentius defenderent Adiaphoricas mutationes & fraudes. Hi eo dementiæ uenerunt, ut astruant ad pericula uitanda, & ad huius uitæ commoditates retinendas, licere in religione quaslibet corruptelas admittere, & octo inferiora præcepta decalogi uiolare, qua doctrina ne Sathanas quidem ipse aliquid impudentius ausus fuit proponere unquam.

Et ut imperitis & incautis faciant fucum, ad probandam suam istam, plusquam fanaticam insaniam, detorquent huc exempla sanctorum, quibus ipsi infirmitati fidei, charitati & necessitati

fitati ad amplificandam nominis Dei
gloriam inferuierunt, sine ullo infir-
morum offendiculo, absq; negatione,
extra casum confessionis, & iuxta liber-
tatis Christianæ regulam: Ut infirmos
in fide iucrifacerent Christo, & ut iuxta
libertatis Christianæ normam, ceden-
do & largiendo libera, licita & utilia ad
ædificationem, propagarent Dei reli-
gionem, Ecclesiam fundarent, fidem
Christi plantarent, gloriam Dei illu-
strarent, puram doctrinam Ecclesiæ cu-
stodirent, & salutem omnium promo-
uerent. Quæ sancti sic bono con-
scientiæ testimonio egerunt, isti impo-
stores referunt ad execrandam licenti-
am, qua statuunt cum summo offendi-
culo licere, deserere fidei confessionem,
abijcere sanam doctrinam, abolere ue-
ros cultus, replere Ecclesias Idoloma-
nia, & Christianismum conuertere in
Epicureismum. Quo semel sepeliatur
omnis pietas, totaq; Christi religio de-
leatur, tantumq; in Ecclesijs referuetur
aliquis fucus religionis, sub quo, (Chri-
sti uerbo ex Ecclesia eiecto), dominetur
illorum gubernatorum libido, qui iam
coepe

coeper
mitiga
resister
ruptel
tius c
Christ
Si
litici g
talem
sub fin
tim c
Christ
ueniat
uiuos
Sathan
impiet
Pr
quæ ub
morib
prædic
uehatu
uerecū
deatur
des, R
sanctur
inde us
stæ & c

coeperunt prae-textu Adiaphoricarum
mitigationum excutere pios Doctores,
resistentes suis simulationibus & cor-
ruptelis, ut ipsi sapientia carnis, seu po-
tius cupiditatibus regant Ecclesias
Christi.

Si mens mihi uera praesagit, hi po-
litici gubernatores introducent nobis
talem administrationem Ecclesiae, qua
sub fine saeculi, partim imposturis, par-
tim crudelitate ita extinguetur fides
Christi, ut apud paucissimos, pura in-
ueniatur, cum Filius Dei aduenerit, ut
uiuos & mortuos iudicet, & regnum
Sathanæ, cum omni hypocrisi &
impietate destruat, & funditus euertat.

Præsens Ecclesiarum uastatio, &
quæ ubiq; in communibus hominum
moribus manifeste regnat impietas,
prædicat breui futurum, ut talis in-
uehatur Epicureismus, in quo sine ulla
uerecundia ac metu, soluto cachinno ri-
deatur scripturæ autoritas, Christi fi-
des, Religio, & quicquid in Ecclesia
sanctum & salutare est, & semper fuit
inde usq; ab ipsis primordiis ueræ, san-
ctæ & catholicæ Ecclesiæ Christi. Spe-

R

randum

randum tamen est, Deum non tollera-
turum diu blasphemos hos conatus
Epicureorum, tum Episcoporum, tum
gubernatorum.

Etsi Adiaphorici & Epicurei de-
ceptores uersutia inter se certent, & ma-
licia se inuicem uincunt, tamen ean-
dem rem agunt, utriq; prolixè promit-
tunt, Adiaphoricis mutationibus posse
retineri publicam pacem, Euangelij
puram doctrinam, ueram Sacramen-
torum administrationem, cum tamen
ex libro Interim, Reformatione Eccle-
siastica, ex Episcoporum Diocesanis
constitutionibus mandatis, & Papæ in-
dultis contrarium sciant.

Hæc autem confingunt Adiapho-
ristæ, ut doctis & pijs, quos sciunt studi-
osos esse publicæ tranquillitatis, & in-
columitatis Ecclesiæ, imponant, & ef-
ficient his artibus, ut ad subornatas
fraudes taceant. Ipsiq; tacentibus An-
tichristus rursus cum suis superstitioni-
bus tacite irrepat in nostras Ecclesias,
omnia ibi nobis silentibus corrumpat,
dissipet ac uastet: Sicut etiam sub hoc
Doctorum silentio fecit, & non parum,
Deo

Deo irascente nostris trepidationibus,
& desertionibus promouit, eo enim res
ipsorum fraudulentis consilijs deducta
est, ut cum pudore nuncuideamus, &
audiamus Ecclesias ubiq; propter Do-
ctorum silentium Adiaphoricis muta-
tionibus horribiliter dissipari.

Si uolumus recte consultum Ec-
clesiæ, necesse est, ut, quod initio facien-
dum fuisset, nunc tandem faciamus,
hoc est, ut nostra studia, consilia, labo-
res, confessionem, & preces coniunga-
mus, interq; nos diuidamus præsentium
certaminum labores, ad propug-
nandam gloriam Christi, & Ecclesiæ
salutem. Euentumq; pij nostri certami-
nis commendemus Iesu Christo, se-
denti ad dexteram Dei, imperanti om-
nibus principatibus, inferorum & mun-
di, Ecclesiamq; suam defensore sub hoc
extremo furore Diaboli contra suos ho-
stes, quemadmodum eam ab initio
mundi semper defendit.

Recitatis adiaphoricis fraudibus,
ad evertendam nostram ueram, sanctā,
catholicam & orthodoxam fidem re-
pertis adduntur etiam manifesta men-

R. 2

dacia.

dacia. Aduersarij enim Christi & nostri
impudenter de nobis spargunt, nos de-
formes & τὰ ξίας amare, odio habere &
τὰ ξίας, & detestari primæ & ueteris Ec-
clesiæ ritus. Idq; faciunt, ut nos exosos
reddant potentibus, & cum contra nos
nihil possunt ueritate, calumnijs, conui-
tijs, ac mendacijs nos obruant, Sed Do-
minus nos tuebitur contra illos Syco-
phantas, & defendet suam Ecclesiam
contra ipsorum Diabolicam maleuo-
lentiam.

Ordinationes & cæremoniæ nô-
strarum Ecclesiarum, euidenter eorum
mendacia refellunt, nobisq; testimoni-
um ferunt, quod ueteris Ecclesiæ ad
ædificationem utiles, & in prima Ec-
clesia obseruatas, diligenter retinemus
& custodimus. Res ipsa in nostris Ec-
clesijs etiam loquitur, nos deformem
uastitatem, & utilium rituum abroga-
tionem non probare. Nec est nobis hic
prolixa apologia opus, res ipsa nostram
causam dicit, quia tantum submoti
sunt illi ritus e nostris Ecclesijs, qui fal-
sæ, & impiæ doctrinæ semina & nerui
erant, & qui salua conscientia, & sine
iacturâ

factura salutis animarum retineri non poterant, quiq; ad pietatem nihil conferebant, sed ministerium Dei tantum obruerant in Ecclesia.

Aduersarij toti in hoc sunt, ut sine discrimine obruant omnes Ecclesias calumnijs. Ideo necesse est, ut doctorum testimonia ubiq; extent de ritibus nostrarum Ecclesiarum, & palam fiat omnibus, etiam posteris nostris, quæ adiaphora in nostris Ecclesijs improbemus, ac reiiciamus, quæ probeamus & amplectamur. Bene igitur profecto merentur de Ecclesia, qui iâ æditi scriptis de Adiaphoris pium delectum faciunt & ostendunt, quid nostræ Ecclesiæ de Adiaphoris iudicent, & quid in Ecclesiasticis ritibus iure probari & improbari posse censeant.

Deus nobis testis est, nos ex animo cupere, ut Ecclesia ad normā uerbi Dei reformetur, a qua eam nimium discesse totus terrarum orbis queritur, & moderatores aduersarij uel inuiti fatentur hoc ipsum. Et ut custodiantur in Ecclesia pura doctrina, ueri cultus, moderati ritus, ad ædificationem necessarij & uti-

R 3 les,

les, honesta & seuera disciplina, in ad-
ministracione omnium sacrorum de-
cens & iustus ordo, inculcata uiuendi
ratio, in deliquentes iusta animadu-
ersio, & id genus alia, quæ ad illustran-
dam Dei gloriam, & ampliandam, ac
conseruandam ueram Christi Ecclesi-
am profunt, supplices multis annis pe-
titiuimus.

Illa sola aboleri cupimus, quæ de-
structioni subseruiunt, infirmos fide of-
fendunt, puriorem doctrinam Christi
corrumpunt, Ecclesiam ridiculam red-
dunt, Christi ministerium impediunt,
obruunt, ludibrioq; exponunt, scenicas
uanitates & ludos, plusquam pueriles
exhibent, iniusta schismata excitant, &
fouent impietatem, ac idolomaniam
alunt. Et quæ fomenta, seminaria, ner-
uiq; sunt falsæ doctrinæ, & impiæ su-
perstitionis ac impietatis, quales sunt
multi ritus in aduersariorum Ecclesijs.

Si aduersarij ex animo quærerent
gloriam Dei, & Ecclesiæ salutem, cupē-
rentq; solidam concordiam, firmum
consensum, & conformes ritus consti-
tui in Ecclesia, certe permetterent pi-
um

um del
uarent
uerbo I
tionem
corrup
clesiæ r
ces, Ep
finxeru
duntur
nio.

Si in
piam,
facile r
priscus
concor
consen
rituum
confor
agunt,
conatu
nation
Ecclesi
retraha
liora c
semeti
ose fal
S

um delectum fieri in Adiaphoris, & ser-
uarent nobiscum Adiaphoricos ritus
uerbo Dei consentientes, & ad ædifica-
tionem utiles: damnarent & tollerent
corruptelas, quas ueteres ex primæ Ec-
clesiæ ritibus indocti & impij pontifi-
ces, Episcopi, Sacrifici & Monachi af-
finxerunt, de quibus etiam reprehenduntur
proprie conscientie testimo-
nio.

Si iusta ratio iniretur constituendi
piam, & Deo placentem concordiam,
facile restitueretur deformata Ecclesiæ
priscus nitor: Sine difficultate coiret
concordia, constitueretur in omnibus
consensus docentium, & instauraretur
rituum Ecclesiasticorum utilis & pia
conformitas. Verum aduersarij id non
agunt, eo non spectant eorum consilia,
conatus & actiones, sed ut suas abomi-
nationes integre instaurent, nostrasq;
Ecclesias, aut ad se, & suas superstitiones
retrahant, aut opprimant. Qui eis me-
liora consilia tribuunt, grauiter errant,
semetipsos & totam Ecclesiam pernici-
ose fallunt.

Si quid credendum est scripturæ
testimo-

R. 4

testimo-

testimonijs, & omnium ætatum histo-
rijs, Deus non diu sustinebit illorum
insolentiam, qui Ecclesiam nunc uel
ui uel fucatis artibus conantur retrahere
ad Antichristi impietates, a quibus Do-
minus eam nunc in fine seculi benigne
repurgauit. Nisi hostes Christi & uas-
ti Adiphoristæ quieuerint, ad meliorem
mentem redierint, & cesserint Dei uer-
bo suis technis, Dominus tragico euen-
tu breui declarabit se istis studijs horri-
biliter irasci.

Non fucatis artibus impijsue cona-
tibus, sed recte agendo placandus est
Deus. Iuste constituenda, & conseruan-
da est Ecclesia, non fraudulentis & fu-
cosis technis, astutisq; mutationibus.
Quibus offenduntur imbecilli, cor-
rumpitur doctrina Christi, & cultus ue-
rus Dei in Idolatriam, & uera Ecclesia
in synagogam Antichristi transforma-
tur.

Non ignoramus in quibusdam Ec-
clesijs ἀναξίως ac solitudines esse nō pro-
bandas, necesseq; esse, ut in illis quædā
aliquando mutata refoventur. Nec
improban- tur a nobis iustæ & utiles mu-
ratio.

tatione
mode
damna
fructu.
& con-
deles,
conser-
rum o
multis
impiet-
iectæ r
solum
nation
seuitia
christo
clesias
tur &
H
dicam
las mu
cto pl
terimi
quam
faciat
co do
euerit
qui b

rationes, quæ suo loco, & tempore cō-
mode fiunt: Mutationes intempestiuas
damnamus. Quibus nunc sine ullo
fructu, ullaue certa spe retinendæ pacis
& conseruandæ Ecclesiæ, labefiunt fi-
deles, doctrina sana suspecta redditur,
consensus docentium discinditur, pio-
rum coniunctio dissoluitur, infirmi
multis modis offenduntur, papistica
impietates stabiliuntur, corruptelæ ab-
iectæ reducuntur: Ecclesiæ nostræ non
solum aduersarijs, sed etiam omnibus
nationibus risui exponuntur, Papismi
sæuitia & Tyrannis restauratur, Anti-
christo aperitur ianua ad nostras Ec-
clesias, & nerui impietatis eius retinen-
tur & defenduntur.

Hæ causæ sunt, propter quas iu-
dicamus nunc fieri non debere ul-
las mutationes in Ecclesia. Profe-
cto plus mali inest Adiaphoricæ & In-
terimistica mitigationi & mutationi,
quam uulgo intelligitur. Deus pude-
faciat illos Epicureos, qui Adiaphori-
co dolo Ecclesias scientes & uolentes,
euertunt, ignoscatq; peccatis illorum,
qui bona quadam intentione & cordis

R 5

pro-

propensione erga Ecclesias & respublicas decepti, has mutationes aut imprudentia aut silentio uel comprobant uel adiuuant,

Diabolus ad uerum Dei cultum abolendum, & ad euertendam ueram Christi Ecclesiam, nihil potuisset callidius excogitare. Adiaphorica mitigatione ac mutatione: Hac enim longe plus effecit, quam saeuicia & tyrannide effecisset. Tanta enim uis inest huic adiaphorico toxico, ut alias loquacissimos reddat plane mutos, disertos balbutientes, recte institutos ambiguos & perplexos. Ex pastoribus quibusdā lupos, & ex Christianis Epicureos, tantum in huius uitae commoda intentos. Metamorphosis, olim attributa Circes carminibus & poculis, nihil est ad hanc immutationem, quae Adiaphoricis ueneficijs efficitur.

Proinde manifestum est impossibile esse errores, abusus & corruptelas doctrinae ex Ecclesia tolli posse, nisi prius concedatur, ut pure doceatur Euangelium Iesu Christi, & uera Adiaphora a mentitis fucatisque secernantur, & falsis men-

sis men-
tus in
constit

Br
das Ecc
diam.

strina
clesia r
duobu

sopita
dem re

clesijs,
ἀναξίαν
& ritib

stare de
stituat

Ecclesi
& quid
& incu
cet in
quam t

Fr
tationi

sit, qu
toribus
pontifi

dole ru

spubli
impru
ant uel
cultum
ueram
et calli
itigati
ge plus
de effe
c adia
sfimos
albuti
& per
lupos
tum in
Meta
ces car
l hanc
cis ue
possi
ptelas
si pri
Euan
phora
& fal
men

sis mentitisq; adiaphoris repudiatis ri
tus in Ecclesia ad ædificationem utiles
constituantur ex ueris Adiaphoris.

Breuis esset uia ad recte constituen
das Ecclesias, & ad faciendam concor
diam. Nostri Ecclesijs relinquatur do
ctrinæ puritas, & ueteris ac primæ Ec
clesiæ ritus a corruptelis repurgati. His
duobus nobis. permisis & concessis,
sopita est omnis dissensio, & tum tan
dem recte & utiliter fiet mutatio in Ec
clesijs, & tollentur inde, si quæ sunt
æta^{li} & solitudines. Nisi in doctrina
& ritibus, qui ex ueris adiaphoris con
stare debent certus consensus prius con
stituatur, nunquam uere curabuntur
Ecclesiæ uulnera, sed regentur tantum,
& quidē ita, ut aliquando recrudescant,
& incurabilia fiant. Nunquam coales
cet in Ecclesia uera concordia, nun
quam tollentur schismata.

Frustra res picturatis, fucatissq; mu
tationibus tentabitur, quod suspectum
sit, quidquid agatur ab astutis mitiga
toribus, & notum sit nihil aliud agere
pontifices & episcopos, quam, ut sub
dole rursus irrepant in nostras Ecclesi
as, su

as, suaq; idola ibi restaurent, & nostra
pie & utiliter instituta stirpitus euellāt.
Cuius conatus isti Episcopi passim no-
bis ædunt manifestissima exempla, qui
per Interimisticas astutias Ecclesias uel
papisticis superstitionibus rursus replēt,
uel ueris Doctoribus eiectis, & templis
clausis, lupis introductis Ecclesias uas-
tant. Ita enim prohi dolor Episcopi
nunc suo officio funguntur, ut malint
homines spoliatos uerbo Dei obbrutes-
cere, & in Epicureos suos degenerare,
quam pie e uerbo Dei doceri & regi.
Tanto scilicet zelo ardent Episcopi pro
sancta catholica Ecclesia, quam Iesus
Christus gratis sanguine suo e Sathanæ
regno redemit, & Episcopis suo uerbo
pascendam commisit,

Donec aduersarij suas impietates stu-
dent retinere, & nostra damnant: in no-
strarum Ecclesiarum euerfionem & per-
niciem uergit, quidquid apud aduer-
sarios innouationibus & Adiaphoricis
mitigationibus tentatur. Ideo contra
has pjs omnibus usq; ad mortem pug-
nandum est. Nihil enim sunt Adiapho-
rica,

rica mu-
lationes
us dulo
inescata
consilia
da doct
nostris
phorista
consilij
Christi,

Ho
consiliu
coniung
ras, pre
spiritus
ce propu
& ueros
Quod c
Apostol
tate & I
Meliora
illis, qua
est facere
no euen
mendar

Qu
ipsis mu

rica mutationes aliud, quam astuta dilationes, & insidiosi cuniculi, aut potius dulcorata uenena, quibus Ecclesia inescata necatur. Tutiora & meliora consilia ineunda sunt pijs de conseruanda doctrina Christi, & uero Dei cultu in nostris Ecclesijs, quam q̄ Epicurei Adaphoristæ nobis ostendunt, qui sua his consilijs quærunt, non quæ sunt uel Christi, uel Ecclesiæ eius.

Hoc autem est omnium optimum consilium, ut pijs Ecclesiarum Doctores coniungant suos animos, studia, operas, preces, & confessionem, gladioq; spiritus & tolleranda unanimiter cruce propugnent doctrinam CHRISTI, & ueros cultus Ecclesiarum suarum. Quod consilium sequuti Propheta & Apostoli mundum uicerunt, & impietate & Idolatria Ecclesias repurgarunt. Meliora consilia reperiri non possunt illis, quæ Dominus ipse dedit. Nostrum est facere nostrum officium, & Domino euentum omnem precibus commendare.

Qui Ecclesiam suam hætenus ab ipsis mundi primordijs usq; ad hæc infeliciã

foelicia tempora contra Diabolum & eius mancipia defendit & seruauit, is eam defendet etiam modo. Curemus nos solum, ut coram Domino fidi reperiamur, Deus exitum gubernabit. Nihil situm est in tyrannorum manu, sed ipsimet (Propheta teste) sunt in manu Domini, sicut ferra in manu secantis, Aduersarij sunt fumantes titiones, Terifici hi fumi breui euanescent, uiriliter agamus, & expectemus Dominum, non deferet nos. Videbimus gloriam potentiae ac maiestatis eius, cum omnia desperata iudicabuntur.

Si bene consulturi sumus gloriae Dei & saluti Ecclesiae, necesse est, ut insistamus Prophetarum & Apostolorum uestigijs, omisissq; fucosis mitigationibus & pudendis desertionibus, Deo nostro freti, fide & ueritatis confessione, & cruce sancta pugnemus, fide & inuocatione Dei frangamus Sathanæ uires, & fallamus astutiam sapientiae humanae. Quae demum in uasticia sua a Deo deprehensa, turpiter pudefiet, & ea nitentes misere succumbent, discentq; aduersarij sui ipsius exitio, non esse

esse con
minum
istorum
conatus
uerbo o
sius Ecc
simum.

De
bernato
di eluda
Adiaph
tius cor
euertun
consilia
Ecclesia
gloriam
euadent
Deus gl
am dese
tra defec

Cau
desertio
culant, r
tio, quo
Ecclesia
culpam
securum

esse consilium contra Dominum, Do-
minumq; in coelis sedentem irridere
istorum Ἰσὺ θεομάχων uanos & inanes
conatus, quibus se Iesu Christo, & eius
uerbo opponunt, Deoq; Angelis & ip-
sius Ecclesiae bellum mouent iniustis-
simum.

Deus det meliorem mentem gu-
bernatoribus, consilia sapientum mun-
di eludat, qui aut Interimisticis, aut
Adiaphoricis mitigationibus, seu po-
tius corruptelis Ecclesiam Christi nunc
evertunt: Gubernetq; spiritu ueritatis
consilia omnium gubernatorum, tum
Ecclesiae, tum Reipub. ad sui nominis
gloriam, & Ecclesiae salutem. Alias non
euadent imminentis exitij ultionem.
Deus gladium, quem contra Germani-
am deserticem strinxit, horrendo con-
tra defectores grassari faciet.

Caueant etiam sibi, qui praesentis
desertionis peccatum extenuant & ex-
cusant, ne apprehendantur eodem exi-
tio, quod hostes Christi, & nostrarum
Ecclesiarum manet. Agnoscant suam
culpam in tempore: non enim est ob-
scurum praesentibus adiaphoricis mu-
rationi-

tationibus annexam esse fidei confes-
sionem & abnegationem, quod his Ec-
clesiæ uastentur, & doctrina Christi, ue-
riq; Dei cultus obruantur. Quid enim
modo est aliud ad has dissipaciones &
uastationes tacere, quam tacendo in pe-
riculo fidei ueritatisq; confessionem
deserere & abijcere? & tacite probare,
quæ machinantur Euangelij Christi
hostes?

Qui Adiaphoricæ controuersiæ &
mutationis aliquandiu ociosi & securi
spectatores fuerunt, iudicaruntq; deli-
berationes adiaphoricas Ecclesijs pro-
desse, nunc ab Episcopis liberantur om-
ni hæsitacione ac dubitatione, quod
nunc cernant illos sub prætextu adia-
phoricarum mutationum & mitigati-
onum in Ecclesias suam Antichristum
reuehere, & sua idola restituere.

Sed nihil opus est multis uerbis,
quid quærat a Pontifice, Episcopis,
& alijs Christi hostibus, satis declarant
reformationes ab Episcopis passim in
Germania æditæ, & pontificis indulta
ab episcopo Spirési publica. Quæ cō-
tinent uenustam Diaboli contionem

Matth,

Matth. 4. habitam, Si ad pedes meos
prouolutus me adoraueris, dabo tibi
omnia hæc.

Hæc quia fieri uidemus, non con-
uenit Interimisticis & Adiaphoricis
consilijs diutius, uel fauere uel patrocini-
nari. Nec arbitror ullum Christianum
hominem esse, qui salua conscientia, &
sine suæ salutis iactura approbare pos-
sit fraudulentæ Adiaphoricas mutati-
ones. Quas cernimus tantum fieri in
gratiam Romani Pontificis, ad dissi-
pandas & uastandas pie constitutas
Christi Ecclesias.

Ipso enim meridiano sole est
clarius, aduersarios id tantum agere
mutationibus, omnibusq; alijs suis ar-
tificiofis actionibus, ut nobis oppressis,
suas imposturas restituant in integrum,
& nostras Ecclesias suis impietatibus
rursus occupent. Quid quærat hinc
etiam apparet, quod nobis prohibetur
uel scripto uel uoce nostram doctri-
nam, & nostræ Ecclesiæ cultus testi-
monijs scripturæ rueri. Quod nobis ca-
pitale est, uel semel hiscere de nostræ
ueræ & catholicæ religionis defensio-
ne.

S

ne.

ne. Quod ab aduersarijs possessionibus
spoliamur, eijcitur sedibus nostris,
proscribimur in exilium, trucidamur
non solum impune, sed etiam cum
magna gratia, remuneratione & ap-
plausu potentum, sumusq; propter in-
nocentissimam ueritatis confessionem
quasi oues destinatae mactationi.

Aduersarijs uero etiam cum gratia
& priuilegio conceditur meras calum-
nias, & impudentissima mendacia
contra nos scribere, & in imperij The-
atro loqui, quæ nunquam probari pos-
sunt. Hinc etiam liquet, quam inique
nobiscum agatur, quod indicta causa
condemnemur, & cogamur suffragari
ijs, quæ aperte falsa & impia sunt. Item
q̃ isti ferunt magnos honores, augusta
præmia, Episcopatus, Canonicatus &c,
qui nostra deformant, nos proscin-
dunt, & potentibus exosos reddunt.

His & infinitis alijs consideratis pa-
lam fit, nobiscum iniquissime agi, nec
quæri Ecclesiæ iustam reformationem,
sed innocentis nostræ partis oppressio-
nem. Nec aduersarios uelle, ut fiat præ-
sentis Ecclesiasticæ controuersia iusta
dijud

dijud
tis lux
tem &
C
Eccles
quid i
aphor
dubio
sentie
se uan
muta
riri fo
Nec p
ones i
quid c
nes E
ullis c
to san
P
fiant i
ctrina
sus d
dissen
ctrina
obliu
fensio
illæsis

dijudicatio. Sed ut extinguatur ueritas lux, quæ patefacit eorum impletam & Epicuream licentiam.

Qui ex nostris spe conseruandæ Ecclesiæ & publicæ tranquillitatis aliquid tribuerunt aulis, suadentibus adiaphoricas mitigationes ac mutationes, dubio-procul nunc demum nobiscum sentient, illorum coniecturas non fuisse uanas, qui monuerunt adiaphoricis mutationibus Antichristo tantum aperiri fores, & nostras Ecclesias ei prodi. Nec probabunt amplius fieri mutationes in Ecclesijs, nisi prius de doctrina quid certi constituatur, & obseruationes Ecclesiasticæ præscribantur, sine ullis corruptelis & offendiculis, adhibito sano & pio delectu adiaphororum.

Postremo ne noxiæ separationes fiant inter coniunctos, qui uere in doctrina consentiunt, & manifestos abusus damnant, Et ne Ecclesiæ priuatis dissensionibus spoliètur necessario doctrinæ patrocínio, condonandæ & obliuioni tradendæ sunt priuatæ offensiones, Ecclesiasticæq; controuersię illæsis personis nostrorum explicandæ

erunt. Et q̄ uitanda suscipiendaue sunt
in Ecclesia dextre & aperte absq; disso-
lutione coniunctorum, ita ostendan-
tur, ne lædatur quisquam pius: sed ut
pari diligentia & dexteritate ab omni-
bus simul detegantur Sathanæ doli,
refutentur aduersariorum corruptelæ,
& defendatur nostrarum Ecclesiarum
doctrina & cultus: Quos aduersarij ar-
gumentis & rationibus destituti, tan-
tum calumnijs, dolis & sæuicia oppug-
nant, Deo uindice aliquando laturo sui
laboris eam mercedem, quam omnes
Christi hostes ante illos tulerunt.

Hæc lecto libro tuo uenerande Ma-
gister ad te scribere uolui, ut mei iudicij
& uoluntatis testimonium haberes.
Dominus ad sui nominis gloriam Ec-
clesiam liberet ab intempestiuis muta-
tionibus adiaphoristarum, reuocetq; in
uiam simplicitate, facilitate, & uana
spe a recto auocatos: supplantetq; frau-
des illorum, qui contra conscientiam,
uentris causa, in gratiam Antichristi
mutationes in Ecclesijs fabricant.

Rectissime uale in Domino Iesu,
sux Ecclesiæ liberatore & defensore.
Domi-

Domini
piorum
lutem
am,

A M
prud. u
ribu

A
magn
manu
tum.
boni a
mini q
men c
ac op
bonu
conter
nes po
ruit it
meritu
ter ho

Dominusq; spiritu suo tua & omnium
piorum consilia dirigat ad Ecclesiæ sa-
lutem, & æternam sui nominis glori-
am, Amen. Hamburgi Anno a nato
Christo 1549.

AMPLISS. ATQVE
prud. uiris D. Coss. Patricijs, & Senato-
ribus Ciuitatis Lub. in agnita I. C.
religione constantiam M.

F. Illyr.

ARISTOTELES CIVI-
lem societatem, ac inprimis cœ-
tum, quem ciuitatem, uocamus,
magnopere laudat. Ostendit genus hu-
manum natura ad societatem condi-
tum. Ac quanquam omnes societates
boni alicuius gratia institutæ sint, ho-
miniq; commoda aliqua quarant, ta-
men ciuitatem, utpote absolutissimam
ac optimam societatem, præcipue ad
bonum aliquod, idq; summum recta
contendere, in ea enim societate homi-
nes potissimum beatos fieri posse. Sta-
tuit itaq; optime de humano genere
meritum eum, qui talem societatem in-
ter homines instituit.

S 3

Hæc

Hæc porro societas qua nam, suprema, & ut Philosophi loquuntur, Architectonica scientia regi debeat, magna fuit semper, estq; hodierna die inter summos uiros contentio. Litigauit enim multum de ea quæstione Socrates cum sui temporis sophistis, cum ipse Philosophiam huic muneri, illi uero Rhetoricen præficerent. Præterlerunt quoq; multi tum ingenij uim ac dexteritatem quandam naturalem, tum experientiam ac usum rerum omni eruditioni in hoc officio. Obtinuit tamen inter sanos tandem ea sententia, quod ad rectam ciuitatis gubernationem cum primis necessaria sit ea philosophiæ pars, quæ de moribus differit & complectitur ethicen, politicen & œconomicen.

Quare cum primis celebre est illud Platonis dictum, qui affirmauit, tum demum beatas fore ciuitates, cum uel principes philosophabuntur, uel philosophi imperabunt. Ea q; de causa & Aristoteles politicam scientiam Architectonicam appellat, id est, ut ipse explicat, talem, quæ alijs scientijs ac artibus,

tibus, ministris, felicitatem, & usu celsissima. Nam tonius, simi, regna a

Id antiquitates ablitæ de philosophia complas rectam felicitas est, mani i popul

A dentia, quæ appellat illam bi, supmani g

tibus, ueluti ancillis quibusdam ac ministris ad ciuium, totiusq; ciuitatis foelicitatem efficiendam utatur. Quin & usu compertum esse existimatur, uerissimam esse Platonis sententiam. Nam Salomon, Augustus, & M. Antonius philosophus, homines eruditissimi sapientissime ac foelicissime sua regna administrasse dicuntur.

Id igitur cum & ipsa experientia antiquitus euinceret, coactae sunt ciuitates ab eruditissimis uiris legum ac politicae descriptionem petere, eamq; philosophiae partem utcumq; suis legibus complecti. Quod quanto quaq; ciuitas rectius & eruditius effecit tanto etiam foelicius & commodius administrata est, ut exemplum Athenarum & Romani imperij, aliorumq; *εὐνομενῶν* populorum declarat.

AD hanc uero imperatricem Prudentiam accedit alia quaedam sapientia, quae theologia seu doctrina de Deo appellatur, quae non quidem priorem illam reijcit sed tamen subijcere eam sibi, supremaq; ciuitatis ac omnino humani generis rectrix esse uult penitus.

Primum enim negat homines sine
se, etiam in hac uita bene agere posse,
propterea quod non satis sit nosse utilia
nocentiaq; in secundis causis, eaq; ut
cumq; sequi aut fugere scire, nisi etiam
summam causam cognoscamus, eaq;
quæ nobis inde bona, malaue proueni
re possunt, quærere & fugere sciamus.
Omnes enim posteriores causas in pri
mæ illius potestate prorsus esse.

Negat Hagei. 1. & 2. prodesse mul
tam annonam congregare sine bene
dictione primæ causæ, id est, Domi
ni. Comedere eos inquit, & non satu
rari. Negat Esaia. 22. satis esse pruden
ter imminetia pericula prospicere,
loca parum firma urbis obseruare, soler
terq; communire, nisi etiam factorem
Deum urbis illius agnoscant, eumq;
sibi placent. Negat & Psalmus, posse
urbem humana uigilantia conseruari,
nisi Dominus pro ea excubauerit. Ne
gat subinde apud prophetas prodesse
conciliare societates potentum re
gum, nisi id de uoluntate DOMINI
fiat, imo etiam obesse ait. Dicit ta
lia ad

lia adiu
quibus
manu
arundo
peracu

Pr
Deo o
meram
sape p
uisse, f
uasse u
nis, C
dicere
Dei rep
pientia

Ec
ne secu
thas in
posse p
Eliseus
tus, an
Bened
beato
secun
les tur
lius D
ta esse

ha adiumenta esse arundineos baculos
quibus si quis innitatur, frangi ea, ac in
manum innitentis infigi. Est enim
arundo & fragilis, & cum fracta, est
peracuta.

Probat etiam ab experientia, sine
Deo omnem humanam sapientiam
meram stultitiam & exitium esse, quare
saepe prudentissima consilia non uita-
uiffe, sed attraxiffe mala, non conser-
uasse urbes, sed euertisse, ut Demosthe-
nis, Ciceronis, &c. Quare uerissime
dicere Ieremiam, capit. 8. Ecce uerbum
Dei repudiarunt, & quam tandem sa-
pientiam habere possunt?

Econtra docet primam causam si-
ne secundis opitulari posse, ut Iona-
thas inquit, Deum perinde opitulari
posse per paucos, ac per multos, sicut
Eliseus omnibus secundis causis destitu-
tus, angelorum praesidium nanciscitur.
Benedictionem itaq; Domini diuites,
beatosq; efficere homines, non causas
secundas. Animaduenterunt & genti-
les tum ratione tum experientia, in so-
lius Dei manu ac potestate omnia si-
ta esse. Quare Homerus admodum

pulchro figmento aureæ catenæ id ue-
nuste depingit. Ait enim apud eum
Iupiter, si ipsi adnexa aurea catena
irati omnes dij deaq; se in terram de-
trahere conentur, nihil agant. At, si
ipse eos ad se trahere uelit, possit non
tantum ipsos, sed & aquam ac terram
sursum subleuare, & cœlo alligatos sus-
pendere.

Deinde docet eadem illa cœlestis
sapientia, genus humanum non tan-
tum ad hanc breuem, calamitosamq;
uitam procreatum esse, sed ad aliam
quandam æternam, quæ post hanc se-
quutura sit: In qua alijs quidem tan-
ta mala, alijs uero talia & tanta bona
præparata sint, quanta nec oculus ui-
dit, nec auris audiuit, nec ulla mens
concipere possit, ad quam præsens hæc
tantum iter quoddam & profectio sit,
per hanc nos ad illam, tanquam pere-
grinos, per alienam regionem in patri-
am contendere.

Postremo constantissime affirmat
se solam ueram rationem concilian-
di primam illam causam, ab eaq; cum
præsentia bona, tū futuram illā fœlici-
tatem

tatem
bus id a
nitus cu
esse. Se
tam. M
monitr
nes, art
uitam
accom
bi magn
large
bus ing
uitæ fe

HV

admon
mis Ma
tiantur
tamen
nium n
expone
tan Pr
mancip
uetus A

N

cam, o
nis ita
ea, quæ

tatem consequendi ostendere: omnibus id alijs sapientijs & facultatibus penitus cum ignotum, tum impossibile esse. Se solam esse uiam, ueritatem, & uitam. Monet igitur omnes serio, ut se monitricem sequantur, omnesq; actiones, artes & scientias, ac deniq; totam uitam ad ipsius præscripta dirigant & accommodent. Obtemperantibus sibi magna præmia in hac & futura uita large pollicetur: contra inobedientibus ingentia mala præsentis & futuræ uitæ feueriter minatur.

HVIC cœlestis doctrinæ salutari admonitioni cur tum alijs, tum imprimis Magistratus & potentes non assentiantur, multæ quidem sunt causæ, nos tamen iam duas tantum (quæ & omnium malorum principales causæ sunt) exponemus: Quarum altera est Satan Princeps mundi huius, altera est mancipium & discipulus eius noster uetus Adam.

Nam, ut prius de posteriore dicam, omnes homines ex peccato originis ita natura comparati sunt, ut primū ea, quæ Dei sunt, nō percipiant, sintq; eis stultitia.

stultitia, id est, neq; intelligant, neq;
magni pendant primam causam præ
secundis, longeque pluris bonam uale-
tudinem, opes & potentiam, quam Dei
favorem aut indignationem faciant.
Sentiunt, teste Psalmo 144. beatam esse
eam gentem, cui opes affluunt, liberi &
omnes res prosperæ pacatæque sunt, &
non eam, cuius Dominus est Deus eius.

Non dubitat Senacherib, quin du-
centorum millium exercitu armatus
facillime oppressurus sit Ezekiam, qui
uix duo millia militum habebat: con-
temnit Dominum, eumque non posse
liberare Hierusalem iudicat. Dicit auxi-
lium Dei, & spem in illud, esse uerbum
labiorum, id est, inanissima uerba, &
uanissimas spes. Sed quæ uanæ fuerint
eius cogitationes, res ipsa postea liqui-
do indicauit.

Quanto itaque quisque secundis istis
causis, id est, bona ualitudine, opibus,
astutia & potentia magis abundat, tan-
to primam illam causam minoris fa-
cit. Inde fit, ut iuxta Christi testimoni-
um, difficile sit diuites in regnum cœ-
lorum intrare. Tanta est hominum
stultitia

stultitia
apud e
plurisque
brachiu
Iudica
fecit, e
bricaui
aquis m
mo por
Sec
sunt, ut
nec inte
ex parte
ros, ac i
ut brui
utcumq
faciunt
Nempe
ram esse
aut de
nos ita
hic uide
tam, &
amq; fo
licetur,
petuacq
p̄mnib

stultitia, ut uirga & securis gloriari
apud eos ausit contra agitantem se,
plurisque uirgam, qua percutiuntur, quam
brachium, a quo percutiuntur, faciant.
Iudicant eum non audire, qui aurem
fecit, eum non uidere, qui oculum fa-
bricauit, eum nolunt timere, qui uola-
aqua metitur, & coelum ac terram pal-
mo ponderat.

Secundo, eodem malo ita perditum
sunt, ut futuram uitam, coelestiaque bona
nec intelligant, nec curent, & maxima
ex parte non credant, sed hic interitu-
ros, ac in nihilum resoluendos prorsus,
ut bruta, sentiant. Qui uero etiam
utrumque eam credunt, tamen ita parui
faciunt, ut plane horribile cogitatu sit.
Nempe mortem omnes scimus uentu-
ram esse, & quam parum eam curamus,
aut de ea cogitamus. Omnes ferme
nos ita comparamus, quasi perpetuo
hic uicturi. Aeternam uero illam ui-
tam, & tum illam ingentem, perpetu-
amque felicitatem, quam Deus pijs pol-
licetur, tum etiam tristissima illa, per-
petuaque supplicia, quae Deus Satanæ &
omnibus impijs minatur, ita parui faci-
mus,

de eis cogitamus, ut, si mœræ fabulæ
essent, uix eas minoris facere possemus.
Quare ferme omnes homines magno
consensu sententiam illam humanæ
rationis, apud Ecclesiasten 8. & Uliſſis
odisseæ 9. quam Homerus hisce uerbis
expresſit, amplectuntur.

οὐ γὰρ ἔγω γε φημι τέλος χαριέστερον
(εἶναι,

ἢ ὅταν εὐφροσύνη μερ ἔχη κατὰ δῆμον ἅ
(παντα,

Δαυτιμόρες δ' ἀρὰ δώματ' ἀκασζονται αἰοῖδ',
ἡμενοι ἐξείης, παρὰ δ' ἐπλήθωσι τράπεζαι
σίτου καὶ κραιῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
οἶνοχόος φορέεσι, καὶ ἐγχείη δεπείασιν,
τότο τί μοι κάλλισον ἐνὶ φρεσὶν εἶδεταί εἶναι.

Id est, nihil esse melius, quam suauē
& lætam uitam. Et illud Ecclesiastis 9.
Meliozem esse canē uiuum, quam leonē
mortuum, Odisseæ 11, sic expressum.

μή δ' ἡμοι δάνατόν γε παρ' αὐδὰ φάιδι μ' οἶ
(δυσσεύς,

βυλοῖ μιν ἢ ἐπ' ἄστερος ἔωρ δατενέμεν ἄλλω
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρω, ὃ μὴ βίοςτος πολὺς εἶναι.
ἢ πᾶσι νεκύεσσιν καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν,

Sic igitur ex sua iam naturali malicia
sentit mancipium istud Diaboli, noster
uetus

fabula
temus,
nagno
mana
Vlisfis
uerbis
ἐξέστη
(ἐῖναι,
μορ ἄ
παντα,
καὶ οὐδὲν
ἐξέσται
φύσας
ἰπ,
καὶ ἐῖναι
suauē
stis 9,
leonē
m.
διμὲν
suauē
ἄλλω
ἐῖναι
σας,
alicia
nofter
uetus

uetus Adam. Accedit porro Satan,
quem alteram cum omnium aliorum
malorum, tum etiam huius (id est, con-
temptus uerbi diuini) causam esse di-
ximus, qui odio Dei, inuidia salutis hu-
mani generis ac ingenti quadam am-
bitione concitatus, ueterem Adamum
in illa sua sententia multiplicibus mo-
dis diligenter confirmat.

Hinc igitur fit, ut cum coelestis do-
ctrina uenit ad homines, sibi eos au-
scultare uult, omnesq; per obedientiam
fidei Deo subijcere conatur, parum
æquis auribus, cum ab omnibus alijs,
tum imprimis a potentibus sapienti-
busq; excipitur. Iudicant enim, se non
egere ea doctrina, nec omnino ijs bonis
quæ illa pollicetur. Proinde tanquam
rem plane inutilem, quam ipsi etiam
stultitiam extremam esse iudicant, con-
temnunt & abijciunt.

Sapientia quidem parauit splen-
didissimum & lautissimum conuiuiū,
inuitat omnes ad hoc conuiuium sum-
ma benignissimi animi alacritate. Sed
inuitati ipsam cum suo conuiuiο con-
temnunt, plurisq; faciūt quæuis alia sua
nego-

negotia, alius abit ad uisendum agrum,
alius boues, alius ad ducendam uxo-
rem. Atq; ita abit unusquisq; in uiam
suam, contempta & despecta uoce sa-
pientiæ cœlestis, ad summa bona eos
benignissime inuitantis.

VERVM sæpe non tantum non
auditur, contemnitur ac inutilis existi-
matur hæc sapientia, Sed etiam, tan-
quam pestilentissima lues, summo odio
habetur, ac undiquaq; omni uiolentia
& crudelitate pellitur: quod inde ac-
cidit, quia fit nonnunquam, ut uidea-
tur obesse bonis uentris, & tranquilli-
tati communi. Nam, dum reprehен-
dit consuetudines inueteratas, & qual-
cunq; Ciuitatis actiones, uoluntati di-
uinæ repugnantes, dumq; quandam
hominum partem in suam sententi-
am traducit, qui & ipsi incipiunt ab
alijs in aliquibus dissentire, uidetur tur-
bare politiam, & aliqua innouare,
quod imprimis cauendum sibi esse po-
litici homines iudicant. Sic & Chri-
stum accusant quod turbauerit Iudæ-
am inde a Galilea usq;.

Quin & seditionis accusatur, qua-
si ue-

si ue-
num
lia reg
sto &
politi
mas u
tur:
gnare
sius le
curfan
uelut
rant,
cat ira
dient
A
qui q
nari
ciet,
lum
doctr
reban
xerim
tem f
tente
fert, c
raq; e
omni

si uelit ordinarijs magistratibus regnum eripere: Sed non eripit mortalia regna, qui dat cœlestia. Quare Christo & eius doctrinæ, utpote ipsorum politiam perturbanti, eorumq; pessimas uoluntates reprehendenti irascuntur: Nolunt hunc regem supra se regnare, nec eius iugum aut uincula ipsius legum pati. Fremunt igitur, concurrant & conspirant contra eum, & ueluti furore perciti, nihil non tentant, donec tandem in breui exardescat ira eius, & iubeat omnes illos inobedientes ciues coram se iugulari.

Adhæc accedit ille fortis armatus, qui quandoquidem uidet, se oppugnari per Euangelium, tantas turbas ciet, & nihil non mouet, ut plane Cœlum ruiturum uideatur, nisi ista noua doctrina aboleatur. Iudæi quoq; uerebantur, ne, si Christum non crucifixerint, ueniant Romani, & totam gentem funditus perdant. Quin & permitte Deo multa mala hominibus infert, quæ, quanquam uaria sint, & plæraq; etiam ob nostra peccata accidant, omnium tamen culpam Euangelio
T tribuere

tribuere Diabolus, calumniandi sum-
mus artifex per impios homines audet,
& scite nouit.

Omnia malorum, ut bellorum,
famis, pestis, quibus Romani post Chri-
stum ob eorum scelera, Idolatrias &
persequutionem piorum affligaban-
tur, causa erat (ut ethnici mentiebantur)
Euangelium Christi. Cur Iudæi
per annos iam 1500, tam multiplici-
bus miserijs uexentur, aiunt ipsi esse in
causa peccata Christi, qui ex eorum
gente natus sit, & eorum, qui Christum
sequuti sunt. Omnia miseriarum,
quæ hisce temporibus acciderunt, causa
fuit Euangelium Christi, ut nostri Pa-
pistæ blasphemant, & non eorum im-
pietas, crudelitas & tyrannica domi-
nandi libido. Etiam cur Vngaria per
Turcas afflicta sit, quod tamen cœpit
fieri longe antequam, Euangelium ad
Vngaros peruenit.

Omnia igitur mala ex Christi do-
ctrina uenire facile Satan per suos mi-
nistros ueteri nostro Adamo persuadet.
Qui, quoniam præsentem uentris, non
futuræ animæ salutē intelligit & curat,
ne su-

ne suos porcos amittat (quod iam pas-
sim impijs exemplis probatur) ex ani-
mo cupit Christo liberari : Atq; ideo
tum fraudibus , tum ui hoc serio agit,
ut Christum procul aliquo in ultra
marinas regiones a se ableget. Semper
pecunius iste mundus pluris facit ali-
quot porcorum damnum , quam aut
unius aut etiam multarum animarum
æternam salutem.

HIS igitur præcipue causis motus
mundus non solum Euangelio Christi
super se imperium tradere non uult, sed
etiam crudelissime id , ac plane furiose
persequitur fraudibus ac ui , mendacijs
& cedibus. Verū homines ratione recta
præditi primum agnoscere debent tum
de experientia, tum ex uerbo Dei nos in
hac uita sine primæ causæ , id est , Dei
præsenti auxilio non tantum foeliciter
uiuere, sed nec plane uiuere posse, in ipso
enim sumus, uiuimus & mouemur. Si
igitur uel in hac uita bene uiuere uelint,
Deum eis ante omnia conciliandū esse.

Deinde etiam cum rationibus, tum
imprimis uerbo Dei conuinci se patiā-
tur, restare & aliā uitā, in qua nobis per-

T 2 petuo

petuo uel felicis, uel miserrime uiuen-
dum sit, cuiusq; nobis cura prima, ac
summa merito esse deberet: Nec faci-
ant, sicut diues ille, qui quotidie splen-
dide epulabatur, de æterna autem uita
nihil cogitabat. Aut, sicuti alter ille
uere stultus, qui magnam frugum co-
piam conuexerat, cogitabatq; se suauiter
longissimo tempore uicturum, de
altera uita plane nihil sollicitus, cum
tamen mors ei iam pro foribus adesset.

Atq; ob hasce causas omnes homi-
nes cum infimi, tum summi deberent
pati, se erudiri hac cœlesti doctrina, &
eius autorem Christum alacriter exci-
pere & osculari, eiq; in timore ac tre-
more seruire. Nam magistratus saepe
speciatim, ut se huic regi, eiusq; legibus
subijciant, admonentur, ut in Psal.
aperite principes portas uestras, & in-
trabit rex gloriæ, item, & nunc reges
sapite, & erudimini iudices terræ. Petit
igitur in his & similibus locis Deus ab
omnibus gubernatoribus, ut patiantur
theologiam Architectonicam doctri-
nam totius humani generis esse, ac ipsi
etiam politicæ scientiæ imperare, præi-
re, & præcepta tradere. HIC

HIC obijciat forte mihi aliquis,
me confundere uitæ ordines, & nouum
Papatum instituere, siquidem & Papa
uult non tantum Ecclesiam regere, sed
etiam ipsis regibus, ac imperatoribus,
quos & feudatarios suos uocat, impe-
rare. Atqui non confundo ordines.
Nolo enim Theologiam suas metas
transgredi, eaq; sibi usurpare, quæ po-
liticæ prudentiæ sunt.

Sicut. n. Magistrat⁹, quāq; singulis ar-
tificibus, ut sartori, sutori, pistori, &c.
sigillatim mandata tradere non debet,
quomodo sua opera uel inchoare uel
perficere pulcherrime queant: Et ta-
men quædam eis generalia præcepta
optimo iure proponit, ut scilicet uide-
ant, quo sic suum opificium tractent,
ne uel toti ciuitati, uel singulis ciuib⁹
detrimento sint, sed potius bono, pub-
licumq; commodum summe promo-
ueant: nec tamen propterea sutori aut
sartori suum officium præripere gu-
bernator, sed proprium administrare
dicitur.

Sic igitur & Euangelista Christi,
quanquam non debet politicis legibus

ac gubernatoribus sigillatim præscribere, quando, aut quomodo sua politica negocia agere, aut tractare debeant, multo autem minus eorum opes, dominium aut gladium sibi (ut Papa fecit) rapere: Tamen eis generalia quædam præcepta summo ac optimo iure præscribere potest ac debet. Nempe, ut uideant, quo omnia sua iura ac leges, deliberationes & actiones sic instituant, ut primum gloriæ Dei, & saluti hominum æternæ seruiant: Deinde uero (quatenus illæso hoc primo fine fieri potest) procurent etiam ciuium ac propria præsentis uitæ commoda. Hæc enim esse boni & foeliciter reaturi magistratus uera officia.

Id uero nulla alia ratione fieri posse, nisi, si serio, & ex animo ueram doctrinam de Deo amplectantur, eamque summo studio tum apud se, tum apud alios promoueant, constanterque coram impio mundo confiteantur. Sicut & Esaias inquit, Reges erunt nutritij tui. Et porro quoniam doctrina hæc maximum quendam hostem habeat, qui ipsam & eius ueros sectatores

tores
cadib
ne, si
contr
la doc
defici
uitæ
quoq
ria fir
nia qu
cū ser
guber
dunt
non p
ripiu
uero
non i

berna
stratu
aut p
coele
recip
temp
eoru
id fa
finit

tores

tores per malos homines mendacijs ac
cādibus persequatur, uidendum eis esse,
ne, si quod infortunium is inimicus
contra ipsos excitauerit, propterea ab il-
la doctrina, & ab eius doctore Christo
deficiant. Solentur se certissimis futuræ
uitæ promissionibus, & quod in hac
quoq; ualle miseriarum omnia necessa-
ria sint eis, regnum cœlorum ante om-
nia quærētibus, accessura. Ad hæc igitur
cū serij Theologi omnes politias, & earū
gubernatores sedulo hortantur, reprehē-
duntq; cōtraria facientes uehementer,
non peccant, nec alienū officiū sibi ar-
ripiunt, sed suū fideliter præstant. Si qd
uero a quopiā, concionatore nimium fit,
non id doctrinæ, sed personæ uitiū est.

SED politici homines & gu-
bernatores (quod citra piorum magi-
stratum contumeliam dictum sit) aut
propalam persequuntur ueritatem
cœlestem, aut tamdiu, & eatenus eam
recipiunt & fouent, donec eorum
temporarijs commodis seruit, & ueluti
eorum porcos pascere iuuat. Cum uero
id facere ob aliquas circumstantias de-
sinit, nec tã pascere quã perdere porcos

T 4

uidetur

uidetur, aut abijciunt eam penitus, aut certe ad suas cupiditates inflectunt.

Plane, sicut olim Iudæi, donec Christus eos pascebat, habebant eum pro sancto Propheta, sequebantur eum etiam in desertum, & ultra mare, uolebantq; eum facere regem: Verum cum uiderent eum esse captum, omnibusq; eius sectatoribus summum periculum imminere, omnes aut diffugiebant, aut etiā clamabāt, crucifige crucifige. Sic cū primū prædicatum est Euangelium, quia Papæ, ac eius spiritualium tyrannis nimis grauis erat, non tantum animæ, sed etiam corpori & fortunis, dum tam uarijs artibus ac multifarijs modis regiones exugerent, ac omnem omnium regionum pecuniam ad se coaceruarent. Adhæc & multipliciter suis illis mandatis papalibus, iniustis excommunicationibus, appellationibus, item & suis proprijs iuribus, priuilegijs & magistratibus perturbabant politiam. Nolebant enim esse subiecti superioribus potestatibus, nec pari iure cum alijs ciuibus uiuere, præterea & statum politicarum personarum

tanqu
Contr
prædic
peccat
los ho
liticun
magist
quam
Grata
multic

C
crucem
produ
manis
arte qu
tendun
suader
Euang
fabric
Aut, si
se isti
bere.
talem
indut
spinar
Antic
eorum

us, aut
nt. donec
nt eum
ur eum
e, uole
m cum
nibusq;
iculum
nt, aut
fige. Sic
gelium,
tyran-
m ani-
is, dum
modis
omni-
coacer-
ter suis
stis ex-
lationi-
s, priui-
abant
se sub-
nec pa-
prate-
narum
tan-

tanquam prophanum uituperabant.
Contra uero Euangelium erat simplex
prædicatio pœnitentiæ & remissionis
peccatorum, nullas magnas opes, nul-
los honores sibi flagitabat, statum po-
liticum laudabat, omnes homines
magistratibus iusta imperantibus, tan-
quam ordinationi diuinæ subijciebat,
Grata erat ea doctrina gubernatoribus,
multiq; eam libenter accipiebant.

Cæterum, cum iam uideant adesse
crucem pro foribus ob doctrinam, aut
produnt Pontificibus, Pharisæis & Ro-
manis Christum propalam, aut certe
arte quadam ad eundem scopum con-
tendunt. Minis enim & muneribus per-
suadent suos (Non iam certe Christi)
Euangelistas, ut eis talem Christum
fabricent, qualis ipsis commodus sit.
Aut, si ipsi id facere nesciant, patiantur
se isti Christo leges & regulas præscri-
bere. Se enim eum ita reformaturos, ac
talem albam uestem & purpuream ei
induturos, taliq; eum adiaphoricarum
spinarum corona exornaturos, ut tum
Antichristus, tum impij, tum & pater-
eorum Satan sint eum magis risuri,
T s quam

quam persequuntur, aut ipsis talis
CHRISTI prädicatoribus ullam
molestiam illaturi, seq̃ sua diuina sa-
pientia scandalum crucis facile peni-
tus euacuaturus esse.

Id nihilominus totum non prode-
rit, nam Pontifices, Sacerdotes, Scribæ
& Pharisei etiam cum uiderint Chri-
stum ita misere afflictum, & deformiter
ornatum, tamen nondum hoc eius ma-
lo contenti erunt. Adhuc sine inter-
missione clamabunt, crucifige, crucifi-
ge, & si dimittis hunc, non es amicus
Cæsaris, donec tandem crucifigatur.

Sicq̃ partim minis, partim blan-
dicijs & muneribus uicti isti Balaami
permittunt suis Balaac, eorumq̃ auli-
cis Achitophelibus, ut leges Christo,
eiusq̃ Ecclesiæ ferant, neq̃ tamen se ab
asina sua argui patiuntur. Atq̃ ita
Christi religioni impia Achitophelo-
rum sapientia, tanquam magistra, sum-
maq̃ moderatrix præficitur: Inuertiturq̃ illa Christi hypothesis, Quærite
primum regnum cœlorum, eius iustiti-
am & pacem, tum reliqua omnia adjici-
entur uobis, in hanc Achitophelo-
rum,

rum, &
& mun
cœlesti
uobis.

V
uertatu
homin
bo Dei
erant,
leges fe
pro lib
rum, o
flectere

Se
Christu
aut per
propos
re since
dacio,
erga lib
am An

An
celebri
cium
dem lo
quo ad
cū Mo

rum,

rum, Quærite primum pacem uentris
& mundi, fauoremq; potentum, tum
cœlestia ultro suo tempore accedent
uobis.

Vnde fit, ut penitus rerum ordo in-
uertatur, Nam prophana aulæ & impij
homines, quia a ministris Christi uer-
bo Dei erudiendi, castigandi & regendi
erant, iam assuefiunt Ecclesiæ Christi
leges ferre, & religionem Iesu Christi
pro libidine ad sua commoda hono-
rum, opum, & potentiæ audacter in-
flectere.

Sed ulciscetur se profecto adhuc
Christus de eis etiam in hac uita. Nam
aut permittet eis efficacem illusionem
proponi, ut quoniam noluerunt crede-
re sinceræ Dei ueritati, credant men-
dacio, ut ita ob suam ingratitude
erga libertatem Euangelij in Aegypti-
am Antichristi tyrānidem reducantur.

Ante annos circiter 40. accidit in
celebri urbe, ut aliquot præcipuorum
ciuium uxores adeo a monachis eius-
dem loci seducerentur, ut, cum uiri ali-
quo ad suas negotiationes abirent, illæ
cū Monachis rasæ & cucullatæ etiā pere-
gre pro-

gre proficiscerentur. Post aliquod tempus, cum unus ex maritis uxoris suæ caluicium animaduertisset, minis ac uictum criminis, tum etiam sotiarum confessionem extorquet. Explorata diligenter re, inuitat omnes illos ciues ac eorum uxores, læti prandent, sub finem prandij inquit hospes ad cæteros. Quod ego facio, facite & uos, ac simul capiti conjugis uittas detrahit. Ibi omnes rarsæ monachæ inueniuntur. Quanta tunc illic lætitia oborta sit, quamq; idcirco ipsis, tum ipsorum liberis honestum fuerit, facile est intelligere. Rem ueram narro, posset urbs & ciues nominari, si liceret. Tales impuri spirituales patres olim in magna aliqua urbe quadringenti amanter & reuerenter saginati sunt, ubi iam uix 10. aut 20. pij & docti concionatores tollerantur. Imo adhuc mundus illa aurea sæcula exoptat, & haud dubie iusto Dei iudicio ea per suam impiam sapientiam tandem consequetur.

Aut certe, si religionem obscurari Deus pati non uolet, Gygantes istos *ομάχες*, uerbiq; diuini contemptores tragicis

tragicis
sæculis
& simil
ter oppr
tus rem
temptus
gionem
di audac
impunit

VE
diti, siue
impie a
sapientia
cere, no
Euangel
ad suas o
uores qu
modare
posint:
mortem
tem, pra
rare, quo
gloriam

Ac sci
imprimi
catores u
tentis De

tragicis pœnis opprimeret, ut olim prius
sæculum, Assyrios, Babilonios, Iudæos,
& similes ueræ pietatis hostes horribili-
ter opprescit. Nunquam sane impuni-
tus remansit iste cyclopicus Dei con-
temptus, & ista Diabolica ueram reli-
gionem corrumpendi, idolaq; fingen-
di audacia, ne iam quidem haud dubie
impunitus relinquetur.

VERVM pij omnes, siue sunt sub-
diti, siue Domini, detestari debent istâ
impie audacem filiorum sæculi huius
sapientiam, qui uolunt Christum do-
cere, non ab eo discere, ministerium
Euangelij & Sacramentorum Christi
ad suas opes, honores & potentum fa-
uores quærendos ac seruandos accom-
modare, ut hic magni & potentes esse
possint: Et non se, suamq; uitam ac
mortem, opes ac honores ad uolunta-
tem, præscriptumq; filij Dei attempe-
rare, quo in illo cœlesti regno æternam
gloriam demum consequi possint.

Ac scire debent, cum omnes alij, tum
imprimis Euangelij Iesu Christi prædi-
catores unicam esse æternam omnipo-
tentis Dei creatoris cœli & terræ uerita-
tem,

tem, quam omnes oporteat (qui in
æternum exitium abijci non uolunt)
primum incorruptam ex animo am-
plecti & seruare, ad eam se, suaq; omnia
inflectere, & accommodare, eamq; pa-
ti esse suam supremam Architectoni-
cam, magistram & reatricem scientiam.
Deinde etiam necesse sit eosdem illam,
cū res postulat, corā regibus & principi-
b⁹ constāter, & sine simulatione cōfite-
ri, ac pro ipsa patienter eā crucē perferte,
q̄ Domin⁹ ipsoꝝ humeris imposuerit.

Quare ministri Christi in timore
Dei cognoscant ueritatem cœlestis do-
ctrinæ, agnoscant etiam suæ functionis
amplitudinem, quod sint legati omni-
potentis Dei, Filium eius generi huma-
no annunciantes, ut per eum omnes
credentes ab æterno exitio erepti, in
æternam salutem transferantur, & Di-
abolus, mors, peccatum & mundus su-
peretur. Agnita autem ueritate doctri-
næ Euangelij, suiq; officij magnitudine
in tremore & timore Dei, fideliter stre-
nueq; suo officio fungantur. Nec sibi
(cum pie docent) patiantur a prophanis
hominibus ex impia carnis sapientia in-
reli-

religionem
remouere

Ipsi
nitentia
uel ad
uel imp
tradant
spiritu
sint eis
æneus,
rem fron
ci homi
uertantu
mines in
ne Chri
tur. Nam
inquit, d

Sed
uitia fug
olim Pa
cis, & An
ministra
bus præ
Cæsari d
Sic contr
mi, ne (fi
osi, polit

religione Christi leges de doctrina, cæ-
remonij sue ferri.

Ipsi potius illos prædicatione pœ-
nitentiæ uerberent ac prosternant, eosq;
uel ad Christum pœnitentes adducant,
uel impœnitentes Satanæ affligendos
tradant. Corroborentur Euangelistæ
spiritu potentiæ omnipotentis Dei, &
sint eis ueluti columna ferrea, & murus
æneus, ponantq; frontem suam durio-
rem fronte illorum, ut tandem politi-
ci homines ad pios Christi doctores cō-
uertantur, & non illi ad politicos ho-
mines impie porcos suos cum amissio-
ne Christi retinere cupientes reuertan-
tur. Nam tales sapientuli uere, ut Ezek.
inquit, domus rebellis sunt.

Sed stulti homines semper, dum
uitia fugiunt, in contraria ruunt. Sicuti
olim Papa, Monetarius cum suis rusti-
cis, & Anabaptistæ etiam politicam ad-
ministrationem legitimis magistrati-
bus præripuerunt, nec uel ea tantum
Cæsari dare uoluerūt, q̄ fuerūt Cæsaris:
Sic contra nostri Adiaphoristici Balaa-
mi, ne (sicut ille senex dixerat) sint fediti
osi, politico magistratui etiā religionē
fingere,

fingere, ac refingere, & subinde noua
Interim scriptitare, nouasq; leges mise-
ris pastoribus & Ecclesijs ferre permit-
tunt. Atq; ita Cæsari etiam ea, quæ
Christi sunt dare non uerentur. Adeo
Diabolus istum ueterem Adamū trans-
uersum ad extrema agit, ut nunquam
eum per medium regię uerbi diuini
uiæ cōstanter incedere patiatur.

Imitentur pij Doctores Perri, alio-
rumq; Apostolorum, Prophetarum &
martyrum constantiam, qui a magi-
stratibus iussi aut intermittere prædica-
tionē Christi, aut etiam reuocare, ac erri-
me se eis opposuerunt. Cum igitur cla-
mant politici homines, in tali rerum
statu, ac in tali re magistratibus paren-
dum esse, respondeant Doctores, Deo
magis quam hominibus obediendum
esse. Cum illi dicunt, uenturos Roma-
nos, respondeant isti, magis timendum
esse eum, qui corpus & animam perde-
re potest, quandoq; uult, quam eos,
qui tantum corpus, cum eis Deus per-
mittit. Hortentur omnes uehementis-
sime ad constantiam in agnita uerita-
te, seditionis autores non sint.

Stant

St
ri ante
bent D
minis
& fulm
cadere
ci cœc
audito
omnia
lint. M
afina A
terea du
satius e
gladiu
HA
uolui,
impij h
a Christ
gariq;
clesiam
suas cu
furentu
iam Eu
latum,
corrum
Po
qui cum

Stant Doctores uerbi diuini, ueluti ante rupem Synaïcam, post se habent Deum cum suo uerbo horribiliter minis & maledictionibus fulgurantem & fulminantem. Quare non possunt cadere urgentibus hominibus, nisi cœci cœcorumq; duces se ipsos una cum auditoribus suis in iram Dei, ignem omnia consumentem, præcipitare uelint. Non angelus Asinæ Balaam, sed asina Angelo cedere, quantum uis propterea duriter cedatur, debet. Longe satius est eam uerbera Balaam, quam gladium angeli Dei perpeti.

HAEC ideo iam commemorare uolui, quod nunc Gigantea audacia impij homines in gubernationibus nō a Christo per uerbum eius doceri, castigariq; uolunt, sed ipsi Christum & Ecclesiam regere, eiusq; religionem ad suas cupiditates inflectere & refingere furentur præsumunt. Quasi uero ideo iam Euangelium Ihesu Christi sit reuelatum, ut impij Iudæ id prodendo & corrumpendo opes & honores captent.

Porro eximij Christi Euangelistæ, qui cum ob diuina dona & rerum an-

V

tracta-

Stant

teactarum magnitudinem, tum & ob
ipsius suæ functionis amplitudinem
etiam regibus ac principibus ueneran-
di esse, eisq; graui quadam, formidabi-
liq; constantia omnipotentis Dei uo-
luntatem, minas ac promissiones de-
nunciare deberent: Ita se iam ab eis-
dem minis, muneribus ac blâdicijs uina-
ci emolliriq; patiuntur, ut neminem eis
noua dogmata condere, leges ferre, &
religionem Iesu Christi fingere ac re-
fingere amplius pudeat, illiq; ad om-
nia uel conuiueant, uel etiam suum suf-
fragium adiungant.

QVONIAM igitur hæc antiqui
serpentis & ueteris Adami sapientia
cum per alias uias, tum & sub inani
quorundam Pseudoadiaphororū præ-
textu religionem Christi fugiendæ con-
fessionis & crucis gratia, turpiter ad
impias Antichristi abominationes, non
sine ingenti scandalo, contumelia
Christi & multiplici impietate, trans-
format, unde porro multæ perturba-
tiones optime constitutarum Ecclesia-
rum, & piorū Doctōrū tristissimæ dis-
iunctiones cōsequuntur: conatus sum to-
tam

ram eam controuersiam, pro mearum
uirium, donorumq; tenuitate explica-
re. Quo imperitiores possent uidere,
quid in praesentibus controuersijs ue-
rum aut falsum sit, quidue pie uel sequi
uel fugere possint ac debeant.

VOBIS autem amplissimi uiri
ideo potissimum scriptum hoc dicare
uolui, ut indicarem quantopere cupi-
am, & etiam sperem Euangelium Chri-
sti saltem in ista ultima Germaniae ora
incorruptum permanere.

Deus autem pater Domini nostri
Iesu Christi uos, me & omnes suos in
agnita filij sui ueritate ad sui nominis
gloriam nostramq; salutem
conseruet, Amen.

Magdeburgae calendis De-
cembris,

PRAEFATIO.

SAepe relegens gloriosam, miracu-
lisq; plenissimam Israelitarum ex
Aegypto educationem, ac mecum,
tum ingentia Dei beneficia populo illi
praestita ac promissiones, tum populi

V 2 sum-

summam ingratitudinem coeleste ma-
na fastidientis, ac ad Aegyptias capas
& onera redire cupientis perpendens,
putavi fuisse quandam inauditam ali-
isq; gentibus insuetam maliciam, eam-
q; toto pectore execratus & detestatus
sum.

Quis enim sanæ mentis homo tan-
tam peruersitatem non detestaretur?
Qui cogitaret primum, fuisse eum po-
pulum tam graui seruitute, multipli-
ciq; miseria oppressum, ut tum labores
coacti sint ferre intollerabiles, tum ma-
sculam prole sibi enecari, deniq; haud
dubie & ueram religionem propemo-
dum penitus deleri. Deinde perpendat
eum in tali tristissimo statu existentem
diuinitus liberari, gloriosissime tantis
miraculis ex Aegypto educi, coelesti ci-
bo pasci, certam promissionem foelicis-
simi soli, aliorumq; multorum bono-
rum accipere. Adhæc etiam uera Dei
creatoris cœli & terræ religione ornari,
ac præsentem ubiq; Deum habere. Po-
stremo cernat gentem eam adeo scele-
rate furere, ut contemptis conculcatifq;
omnibus eis inenarrabilibus Dei bene-
ficijs

ficijs a
riacæ
ter ex
ret. N
eis De
penitu

V
præfer
ciæ pr
enim,
Deū p
gelio
christi
Israel
quide
erat c
Nos u
sudor
sagin
libidi
am a
mata
tume
in ate
A
tantū
per d

ficij ad illas ingentes miseras Aegyptiacae illius seruitutis redire uehementer exoptaret, easq; etiam laudare auderet. Non immerito igitur toties adeo eis Deus iratus fuit, ut totum populum penitus delere uoluerit.

Verum iam illis comparatione praesentis nostrorum hominum maliciae propemodum irasci desino. Vincit enim, profecto uincit longe nostra erga Deum pro instaurato Iesu Christi Euangelio, tamq; gloriosa e seruitute Antichristi liberatione, ingratitude populi Israelitici ingritudinem. Nam tota quidem miseria seruitutis Israelitarum erat corporea magis quam spiritualis: Nos uero, praeterquam quod & bonis & sudoribus nostris Antichristi ministros saginauimus, eorumq; turpitudini ac libidini, pro nefas, fuimus expositi, etiam anima Diabolo ob eorum impia dogmata seruire coacti sumus, & Deum contumelia affecimus, atq; ita nosmetipsos in aeternum exitium praecipitauimus.

Adhaec illi quidem promissionem tantum terrae Canaan acceperat & adhuc per difficilima itinera, uariasq; in de-

ferto difficultates errabant. Nos uero iam in ipsam ueram religionem perducti sumus, iam remissionem peccatorum, Spiritum S. & adoptionem, ut simus filij Dei, nacti sumus. Nihilominus tamen partim leuibus itineris huius, ad regnum Cœlorum tendentis, molestijs defatigati, partim Diabolica quadam iudicij peruersitate fascinati, ijs tantis Euangelij Iesu Christi beneficijs contemptis & conculcatis, ollarum carniū & Aegyptiarum caparū recordamur, illas ex animo concupiscimus & in Antichristi ferream seruitutis fornacē redire furēter exoptamus.

Ollæ carniū sunt pax & tranquillitas uentris, quam in papatu maiorem fuisse somniamus, quam iam sit. Verum quidem est, Euangelium Iesu Christi secum crucem asferre: attamen & impij nihilo mitiora patiuntur, quod tum ex ueteribus historijs, tum & horū 30. annorum euidenter probari potest. Quo tempore non leuius, imo etiam grauius afflictæ sunt gentes instaurati Euangelij tunc temporis adhuc expectes, quam quæ eam doctrinam habuerunt.

erunt. Satiſ ſuſ autem eſt teſte Petro pati
pie uiuentes quam impie agentes. Sed
tamen, etiamſi eſſet aliqua maior pio-
rum miſeria in hac uita quam impio-
rum, non ideo deberemus ita pecuniæ
ſententiæ eſſe, ut uellemus, quo præſentis
uitæ tēporaria mala euitarem⁹, in æter-
num exitiū noſmetipſos præcipitare,

Cæpæ autem ſunt papifticæ cære-
moniæ & traditiones. Iam enim multi
ſimplicitatis Euangelij pertæſi, Iudaica-
rum ethnicarumq; Papæ cæremoniarū
pompa ac ſplendorem admirantes,
impudenter diſciplinam ac ordinē ad-
uerſariorū prædicant. Miror ſane, quod
audeant papifticam diſciplinā laudare,
cum probe ſciamus inter eos (ut tace-
am de ſpiritualibus cultibus primiq;
præcepti uirtutibus, quas illi plane ig-
norauerunt) adeo cum alia ſcelera tum
imprimis libidines regnaſſe, ut Sodo-
morū diſciplinam magis, quam Chri-
ſtianam habuiſſe ueriſſime dici poſſint.
Certe eorum ſpirituales, quorum ma-
ximam turbam habuerunt, propalam
epicuream uitam egerunt, & hodierna
die agunt. Scholas nō tantū neglexerāt

V 4 ſed

sed etiam oppreſſerunt, neglectus eſt & Catechiſmus ac tota uerbi Dei prædicationo, atq; ita & iuuentus & maturior ætas cum in literarum tum inprimis in uerbi diuini institutione plane neglecta fuit.

Iudicia matrimonialia non ſunt ſeuere ab eis adminiſtrata, imo ſuis flagitiſis turpitudinibus & flagrantibus libidinibus non tantum leges matrimoniales, ſed etiam ipſa matrimonia penitus prophanarunt. Deniq; notiſſimum eſt nullum fuiſſe tantum ſcelus, quin pro pecunia a papa eiſq; ſpiritualibus diſpenſatum ſit. Quid illa ſcelerata turba ſpiritualium Antichriſti diſciplinam curaret, cum ipſa met in luſtris omnium turpitudinum ſine intermiſſione uolueretur? Notiſſimum eſt hunc præſentem Papam Paul. 3 turpi ſororis lenocinio ab eo Papa, qui tunc fuit, cardinalatum impetraſſe. Excommunicatione ſcelerare, quod notiſſimum eſt, ad ſtabiliendam ſuam Tyrannidem abuſi ſunt, non ad coercentes impœnitentes. Si enim eos excommunicare uoluiffent, ſeipſos neceſſario

ceſſario
qui in
runt.
ueteris
uel ter
runt,
eſt tali
Eccleſi
in ſcri
C
net, ne
do apu
ſit lon
Vna c
papiſt
eſſe p
omnes
ſpiritu
mi fue
poſiti
canis d
ro Arc
dinal
Patria
pulch
ſtituit
inter ſ

cessario primum excommunicassent,
qui in perpetuis turpitudinibus iacue-
runt. Corruit igitur omnis disciplina
ueteris Ecclesiæ apud Papistas, uixque
uel tenuissima uestigia eius reliqua fue-
runt. In nostris uero cœtibus, si non
est talis & tanta, quanta in primitiua
Ecclesia fuit, aliqua tamen est, ut postea
in scripto ostendetur.

Cæterum quod ad ordinem atti-
net, non uideo sane, quis salutaris or-
do apud eos fuerit, qui apud nos non
sit longe melior, ut postea probabitur.
Vna quædam ordinis pars fuit apud
papistas, quæ apud nos nec est, nec pie
esse potest, hæc nempe, quod primo
omnes (ut ipsi eos uocant) sæculares
spiritualibus etiam infimis subiectissi-
mi fuerunt & ueluti pedibus eorum sup-
positi : deinde ipsi sacrificuli suis de-
canis & Episcoporum uicarijs : illi por-
ro Archiepiscopis & Cardinalibus. Car-
dinales uero demum Archiepiscopi &
Patriarchæ summo Antichristo. Ita
pulchre Diabolus regnum illud con-
stituit, compegit & colligauit partes
inter se arctissime, alios alijs summe sub-

iecit, adeo, ut omnes homines isti suo
uicario extrema seruitute deuinxerit, ita
ut etiam Cæsares ei pedes osculari co-
gerentur, omnes eum extreme honora-
rent & ditarent, ipse porro totum su-
um regnum & potentiam ad lucrandas
quam plurimas animas Satanæ, ad ho-
norandum eum, & contumelia affici-
endum Christum conuerteret.

Sed ita profecto est, Hypocritæ ue-
ræ pietatis hostes semper cernunt festu-
cam in piorum oculis, suas uero trabes
cernere non uolunt: sicubi aliqua con-
tentio inter pios pastores, aut etiam si-
multas exoritur, quales inter Apostolos
quoque exortæ sunt, uehementer id exa-
gerant, ac excusioni Antichristi ferrei
iugi eiusque decretalium imputant: nec
interea cernere uolunt perpetuas illas
lites, quæ in Romana curia, & alibi in-
ter spirituales uoluuntur, quæque tam
multos Episcopos & Pastores a suis
gregibus abstractos Romæ detinent.
Item tam multas cædes & uenena, qui-
bus se mutuo canonici, Abbates, Epi-
scopi, Archiepiscopi, Cardinales, quin
etiam sanctissimi illi Antichristi tol-
lunt,

lunt, q
ut nega

Hu
bent, qu
timus,
potest,
fusio es
omnes
tibus su
ordinib
gelistas
Ecclesia

AT
quamq
habuer
Primu
tæ gene
quæ pol
tulit, qu
centem
reliquas
danas:
uulnera
genere
autem
deform

lunt, quæq; longe notiora sunt, quam
ut negari possint,

Hunc igitur Papistæ ordinem ha-
bent, quem nos nec habemus, nec expe-
timus, neq; quisquam sanus expetere
potest, aut debet: horribilis enim con-
fusio est ordinis Dei, qui uult primum
omnes animas superioribus magistra-
tibus subiectas esse, Deinde & singulis
ordinibus suum locum tribui, Evan-
gelistasq; non Dominos, sed ministros
Ecclesiæ esse.

AT uero Deus bone quam multas,
quamq; magnarum rerum confusiones
habuerunt, & adhuc habent Papistæ:
Primum enim turbauit non parum ui-
tæ genera Papa per suū monachatum,
quæ politicis uitæ generibus longe præ-
tulit, quasi sanctiorem magisq; Deo pla-
centem, eam dixit esse uitam spirituale,
reliquas appellauit sæculares & mun-
danas: Atq; ita multorum conscientias
uulnerauit, qui se in parum pio uitæ
genere existere timuerunt. Præsertim
autem magistratum & coniugium ita
deformauit, ut propemodū impia uitæ
genera

genera illa esse existimarentur, ac multi de salute in illis ordinibus existentes desperarint: Quare relictis sibi diuinitus mandatis functionibus tandem se in monasteria intruserunt, ubi dixerunt se uelle Deo seruire, nam prius iudicarunt se huic sæculo seruiuisse.

Secundo, conturbauit etiam Ecclesiasticam poliriam, nam plane, sicut & olim apud Corinthios accidebat, unusquisque sibi seorsim in angulo missando communicauit, simul plures in templo nugati sunt, aliquando uiginti diuersi inter se missas garriuerunt. Aliquando magnæ (ut uocant) Missæ plures simul in eodẽ templo cantatæ sunt, ita ut esset mera sonorum confusio, & ueluti promiscuus quidam pecudum balatus, mugitus & ululatus. Non intellectis itidem linguis garriuerunt & omnia in suis templis peregerunt, sicut & Corinthij. Atqui talem Ecclesiæ formam appellat Paulus confusionẽ, quam negat a Deo uenire. Venit igitur a Diabolo, in cuius regno est horror & sempiterna confusio.

Tertio, confudit Antichristus cum suis

suis fili
politico
gaueru
tualis o
pertra
parũ re
t9, cõt
tic9. N
teriorib
stratus
riatur P
imperia
dicat ec
hanc co
pemod
tractant
ab eis pe
Indican
mento
tot bella
excitata
anus eo
Ho
dines &
cuit, ex
num ge
taceamu

multis de-
uinitus
se in
erunt se
carunt
Eccle-
sicut &
t, unus
ffando
emplo
diuersi
uando
s simul
ut effe-
ti pro-
us, mu-
tidem
suis te-
ij. At
pellat
a Deo
in cu-
con-
s cum
suis

suis filiis regimen Ecclesiasticum &
politicum, sibi utriusq; gladij ius arro-
gauerunt, sub prætextu potestatis spiri-
tualis omnia sibi uendicarunt & ad se
pertraxerunt. Quamprimū aliquis eis uel
parū restitit, continuo fuit excōmunica-
t⁹, cōtinuo audiuit hæreticus & scisma-
tic⁹. Non solū noluerūt potestatibus su-
perioribus subiecti esse, sed etiam magi-
stratus sibi subiecerunt, quinetiam glo-
riatur Papa penes se esse regna mundi &
imperia ab alijs ad alios transferre. In-
dicat eorum spirituale ius (ut uocant)
hanc confusionem ordinum, ubi pro-
pmodū mœre politica & corporalia
tractantur, indicant direptæ & spoliatae
ab eis per ipsorum fraudes tot regiones.
Indicant tot fœdera rupta, subditi iura-
mento suorum magistratuum soluti,
tot bella per spirituales cum gesta, tum
excitata & tam multus sanguis Christi-
anus eorum scelere effusus.

Horribiliter igitur Antichristus or-
dines & regimina confudit & commis-
cuit, ex qua re ingentia mala ad huma-
num genus peruenerunt. Vt enim alia
taceamus, hoc certe unicum nec satis ex-
poni;

poni, nec deplorari potest, quod, dum
Papa, Episcopi, Abbates & alij spiritu-
ales politico regimini uacarunt, neces-
sario Ecclesiasticum neglexerunt,

Postremo, Etsi hæ confusiones
magnæ ac admodum pestilentes fue-
runt, illa tamen longe nocentior, quod
legem & Euangelium Antichristus cū
suis apostolis confudit. Lex eis non ad
hoc data fuit, ut reuelaret peccatum,
sed ut iustificaret & saluaret. Euange-
lium non fuit eis gratuita promissio re-
missionis peccatorum & uitæ æternæ,
sed fuit noua lex, quam, qui fecisset, es-
set uicturus in ea, differens in eo a prio-
ri, quod esset uehementior, exactioremq;
obedientiam flagitaret, quam uetus.
Christus non fuit eis seruator, sed sæue-
rissimus iudex. Ex qua re totius theo-
logiæ confusio & conscientiarum hor-
ribilis carnificina, contumelia nomi-
nis diuini & infinitarum animarum
æternum exitium secutum est.

Confudit & doctrinam cœlestem
cum mandatis hominum: perinde ob-
ligauit ad æternum exitium transgredi-
entes Episcoporum sanctiones, ac trans-
gredi-

gredi
dit &
Quin
philos
ex A
homi
eius m
eorū,
salute
poter
cuit)
suarū
Chri

M
quad
dis m
furari
& eius
decalo
tionis

H
nem e
lux rel
lidita
ftis m
ad Ae
miseri

gredientes mandata diuina. Confu-
dit & Theologiam cum Philosophia.
Quin etiam humanas traditiones &
philosophiā uerbo Dei prætulit. Nam
ex Aristotelis Ethicis & metaphysicis
homines de æterna salute cōsequenda
eius mancipia docuerunt: Vt tum libri
eorū, tum conciones testantur. Aeternā
salutem rectius & fœlicius consequi
poterant Monachi (ut Antichristus do-
cuit) & monachæ, per obseruationem
suarum traditiuncularum, quam, ali
Christiani per suum Christianismum.

Maius scelus fuit die ueneris aut in
quadragesima comedere carnes aut nu-
dis manibus calicem attingere, quam
furari. Opera traditiuncularum Papæ
& eius spiritualium adeo sunt prælata
decalogo, ut pro operibus supereroga-
tionis, perfectionisq; haberentur.

Hanc si quis sibi disciplinā & ordi-
nem expetit, postquam iam Euangelij
lux refulsit, ille sane non parum sto-
lilitate & prauitate Israelitas in coele-
stis mannæ copia cæpas expetentes ac
ad Aegyptiacam potius seruitutem &
miserias redire, quam ad terram
pro-

promissionis proficisci præoptantes,
superabit.

Hæc uolui breuiter dicere de Papi-
stica disciplina & ordine, ut ostende-
rem, quam apud papistas nihil discipli-
næ & boni ordinis supersit: Ac quan-
topere ij tum ipsimet errent, tum alios
seducant, qui iam nobis papisticam
disciplinam & ordinem perfrecta fron-
te laudare audent. Sed quoniam nunc
uehementes controuersia de ritibus seu
cæremonijs in Ecclesia motæ sunt, ne-
cessarium putauit esse hanc totam con-
trouersiam diligenter explicari: ut sci-
rent imperitiores, quid uera aut falsa
Adiaphora sint, quæq; & quatenus uel
recipi uel non recipi pie possint.

Hanc operam speraui aliquandiu
alios doctiores Ecclesiæ præstituros esse,
atq; ideo ego huic tam arduo operi ma-
num admouere nolui. Decuisset enim
cum alios, tum inprimis Vitenbergen-
ses Theologos (sicut Hamburgenses
concionatores eos obsecrarunt & ob-
testati sunt) hanc materiam in istis cer-
taminibus diligentissime explicatam,
Ecclesiæ proponere: Nam ipsi & donis
ac au

ac autoritate ceteros antecellunt, &
hanc exitialem controuersiam magna
ex parte mouerunt. Profecto enim,
nisi ipsi huic pessimæ causæ patroni ad
hibiti fuissent, Islebius & D. Interim
frustra sua Interimistica Adiaphora
euangelizassent. Verum, cum ego &
alii multi p̄ id diu frustra expectasse-
mus, tandem constitui in tanto legis-
peritorum, Sacerdotum & scribarum
uel silentio, uel etiam Christi odio con-
demnationeq; aliquid mihi de ea re
balbutiendum esse, confidens in illam
Christi Domini nostri promissionem:
Nolite solliciti esse, quid loquamini.
Non enim estis uos, qui loquimini, sed
Spiritus patris est, qui loquitur per uos.

Partiar igitur hoc totum opus in
tres partes, in quarum prima Christo
iuuante dicam, de ueris adiaphoris,
p̄ijsq; Ecclesiæ cæremonijs, eorum cau-
sis & effectibus. In secunda parte di-
cam de præsentibus pseudadiaphoris,
eaq; ad uerorum adiaphororum for-
mam exigam, atq; ita Deo iuuante of-
tendam ea nec efficientes, nec finales
causas rerū uerè medianū habere. Quare
X nullo

nullo modo pro pijs adiaphoris habenda esse, nec pie accipi posse. In postrema pauca quædam argumenta adiaphoristarum dissoluam, nam alia pluraq; in secunda parte confutabuntur.

Progrediar autem in hac tota descriptione methodice secundum quaestiones, quæ in simplicibus (ut uocant) thematibus explicandis tractantur. Cui igitur hunc laborem studio iuuandi Ecclesiam, quod Deus nouit, susceperim, peto ab omnibus pijs, ut nostrum qualemcumq; conatum boni cõsulant, donec aliquis alius tum donis, tum auctoritate ampliori instructus, aliquid eruditius, Ecclesiæq; utilius in hoc genere elaborauerit. Sed ad rem.

**PRIMA PARS, IN QUA
AGITVR DE VERIS
Adiaphoris.**

Quid significat uox Adiaphoron?

Vox



Vox *ἀδιάφορος*, latine indif-
ferens, germanice *mittel-*
ding / significat talē quam-
piam rem, quā (quod qui-
dem ad eius naturam atti-
net) non multum referat seruari, aut
non seruari, hoc uel illo modo tracta-
ri seruari & agi.

Sunt ne in Ecclesia aliqua
Adiaphora?

Esset talia aliqua in Ecclesia, eiusque
ritibus, facile probari potest cum
aliunde, tum ex Paulo, qui de Adi-
aphoris quibusdam agit 1. Cor. 7. 8. 9.
10. & 14. Item Rom. 14. ut uiuere cœ-
libem aut coniugem, modo caste, ues-
ci cibis, aut abstinere, non obseruare
dies, aut obseruare sine superstitione, ac-
cipere stipendium ab auditoribus aut
non accipere. Certa ratione in tem-
plis docere, audire ac Psallere.

Quid sunt Ecclesiastica
Adiaphora?

Sunt autem Ecclesiastica Adiapho-
ra tum ritus & actiones quædam,
tum

tum rituum circumstantiæ in templis
& religione, a Deo in specie nec man-
data nec prohibita, quibus libere uti-
tur Ecclesia, sine opinione cultus aut
aliqua superstitione, ad hoc, ut secun-
dum Pauli præceptum omnia ordine,
decenter, & ad ædificationem in cœ-
tu Dei fiant. Quidam enim sacri ri-
tus Ecclesiæ sunt diuinitus, idq; in spe-
cie mandati, ut prædicatio uerbi, bap-
tismus, cœna Domini & Absolutio,
Quidam uero ritus & quædam rituum
circumstantiæ non sunt diuinitus in spe-
cie mandati, ut quo genere uestis indutus
sacerdos peragat publicos ritus, quo lo-
co, tempore, Item genus cantilenarum.

Quæ sunt species Adia- phorum?

TAlia Adiaphora ad religionē per-
tinentia, alia sunt publica alia pri-
uata. Publica sunt, quæ publice in
publico cœtu piorum peraguntur, ut
sunt in templis cantilenæ, musica, lecti-
ones, personæ, loca, tempora, persona-
rum uestes, campanarum pulsus.

Priuata Adiaphora sunt, quæ per-
sonæ

sonæ fir-
certa ter-
tempus
am cib-
te, quat-
alicuius
Por-
ra nom-
rentur.
Ecclesia
extra ca-
sunt am-
lia, in
suam re-
aphoris
modo a
illis alijs
pie con-
seruiun-
ædifica-
commu-
fiastica
uia, qu-
onem r-
li casur-
rum o-
Sabbat-

sonæ singulæ seruant, ut sunt, ieiunia,
certa tempora orationis, abstinere ad
tempus ab uxore, & delicatioribus eti-
am cibis, aut ciborum quantita-
te, quatenus id sit orationis gratia &
alicuius pij exercitij.

Possunt & alia quædam Adiapho-
ra nominari, quæ politica recte uoca-
rentur. Ea, cum non sint ædificationis
Ecclesiæ gratia instituta, penitus nobis
extra casum scandali libera sunt, qualia
sunt amictus, cibus, habitatio & simi-
lia, in quibus tamen monachi totam
suam religionem collocant. In istis adi-
aphoris licet nobis agere, ut uolumus,
modo absit petulantia & scandalū, in
illis alijs non itidem. Ea enim, cū semel
pie constituta sunt & rectæ ædificationi
seruiunt, non licet temere in alia minus
ædificantia etiam extra casum scandali
commutare. Sunt tamen & inter Eccle-
siastica adiaphora quædam ualde le-
uia, quæ, cum non sint ad ædificati-
onem necessaria, possunt extra scanda-
li casum uariari, talis est dierum festo-
rum observatio, poterat enim olim
Sabbatum ex die saturni in diem lunæ

X 3 uel

uel aliam perinde transferri, ut in diem
solis. Item dies Paschatis uel eadem die
cum Iudæis, uel alia celebrari, item de
fermentato uel azimo communicare,
quare non recte fecerunt Ecclesiæ, quod
de tam leuibus Adiaphoris extra casum
scandali & confessionis contenderunt.
Tale paruum Adiaphoron posset dici
iam leuis dissimilitudo cæremoniarij
& aliquarum ministerij circumstanti-
arum in Ecclesijs bene institutis, pro-
pter quam paruum dissimilitudinem
paruaq; Adiaphora nullo modo se mu-
tuo Ecclesiæ reprehendere debent, uel
etiam ab impijs reprehendi possunt,
semper enim talis dissimilitudo in Ec-
clesia fuit, & adhuc hodierna die in
papatu est.

Hæc Adiaphora in genere quidem
a Deo mandata & instituta sunt. Vult
enim Deus omnia ordine, & ut ædifi-
cationi piorum, ac gloriæ ipsius quam
maxime aptum est, fieri: Caterû in spe-
cie ista instituere & circumscribere ius
est penes totâ Ecclesiam. Omnia enim
sunt Ecclesiæ 1. Cor. 3. Mandare autem
Ecclesia sua libera, spontanea & pia uo-
luntate

luntate
moniar
quos ui
illuina
Et ipsâ
monijs i
doctrin
nitur, se
a ferme
uobis a
Oues m
est ulli
tales cæ
sæ con
luntate
Ecclesiæ
res quo
sæ test
Item, u
sit, non
fieri.
tæ & A
cum p
ne con
iussi in
Pe
ij, siue

luntate talem adiaphororum & care-
moniarum institutionem debet ijs,
quos uidet diuinitus donis ornatos &
illuminatos esse, ac talia diiudicare posse.
Et ipsam tamen Ecclesiam de illis ipsis care-
monijs iudicare oportet, sicut & de tota
doctrina, quæ ei a Doctoribus propo-
nitur, scriptum est enim, Cauete uobis
a fermento Phariseorum. Item Cauete
uobis a Pseudoprophetis &c. Item.
Oues meæ uocem meam audiunt, Non
est ullius unius hominis uel paucorum
tales cæremonias instituere sine Eccle-
siæ consensu, multo minus contra uo-
luntatem Ecclesiæ. Omnia enim sunt
Ecclesiæ, ut superius dictum est: Docto-
res quoq; nō domini, sed ministri Eccle-
siæ (teste Paulo) ei a Christo donati sūt.
Item, ut libertas Ecclesiæ magis testata
sit, non oportet eam seruam hominum
fieri. Excipi tamen possunt Prophe-
tæ & Apostoli, qui, si quæ suo arbitrio,
cum primum ordinant Ecclesias, si-
ne consensu Ecclesiæ, diuino mandato
iussi instituunt, cōtradici eis nō potest.

Peccant igitur grauissime omnes
ij, siue Episcopi sunt, siue alij homines, q

sine consensu Ecclesiæ, uel etiam contra consensum, Tyrannica quadam licentia, aliquid in Ecclesia Christi instituere audent, etiamsi non sit impium.

Observandum igitur est, tres esse causas efficientes Adiaphororum. Primum est generale Dei mandatum, qui uult omnia in Ecclesia decenter, ordine, & ad ædificationem fieri, quiq; ordinis & non confusionis Deus est. Secunda causa est libera & pia uoluntas Ecclesiæ. Libera, ut plane non sit ab ullo coacta. Pia, id est, ad uoluntatem Dei accommodata, quæ tantum gloriam Dei, & piorum ædificationem spectet, non ulla humana commoda per talia Adiaphora uenietur. Tertia causa sunt pii & intelligentes homines, quibus Ecclesiæ talem Adiaphororum institutionem mandat.

Atq; hæc de causis efficientibus. De causa autem materiali Adiaphororum nihil est necesse dicere. Sunt enim cæremoniæ seu ritus & rituum circumstantiæ. Causa formalis in finali magna ex parte pertractabitur.

Qui

Qui effectus seu finales causæ
Adiaphororum ?

Porro finalis causa talium cæremoni-
arum debet esse ea, quam Paulus
1. Cor. 14. præscribit, ut omnia de-
center, ordine, & ad ædificationem fi-
ant. Quæcunq; ordine fiunt, ea etiam
decenter fiunt, & quæ ordine ac decen-
ter fiunt, ea etiam ad ædificationem
spectant, ita ut sub ædificationis no-
mine tota finalis cæremoniarum causa
contineri uideatur, dicemus tamen de
singulis separatim ac primum de or-
dine.

ORDINE fiunt res, cum suæ quæ-
q; loco & tempore totius actionis par-
tes collocantur. Ordinis ratio in Ec-
clesia haberi potest in personis, tempo-
ribus, actionibus & alijs circumstantijs.
In personis, ut alios esse Doctores, alios
auditores, item alios Ecclesiæ mini-
stros alijs secundum ætatem, eruditio-
nem & alia aliqua dona esse superiores,
quod ad Ecclesiasticam politiam atti-
net (& nō q; ad ius clauis, sicut Papistæ
maius remittendi peccata ius Papæ, q;
alijs

X S

alijs

alijs Sacerdotibus tribuunt) ut etiam
Paulus superiores facit Episcopos dia-
conis. Item inferiores ministros per
certos quosdam gradus subinde ad gra-
uiiores & ampliores functiones & ali-
qua maiora commoda promoueri.
Cuius rei Paulus facit mentionem, cum
inquit, bonum sibi gradum acquirunt,
Ne, sicut ille dixerat, prius ad clauum
fedeant, quam remigauerint. Ex hac
occasione Papistici septem ordines tan-
dem in mœram superstitionem de-
generarunt.

Ordo in tempore est, ut primum
quod attinet ad totum annum, utile
est tum memoriæ rerum gestarum gra-
tia, tum ut pro ratione temporis & fru-
gum de Dei beneficijs homines admo-
neantur, alijs temporibus alias lectiones
ex sacris literis Ecclesiæ proponi. Item
quædam anni tempora frequentiorib⁹
concionibus ornari, atq; ideo ab alijs
operibus auditores uacare, ut circa nati-
uitatem & passionem Domini.

Secundo, quod attinet ad hebdo-
madam, ut alijs diebus habeantur ue-
luti celebriores quædam conciones, me-
lioresq;

lioresq;
minic
tota D
diebus
tum e

T
meridi
tractat
næ, ex
pertin
care ho
rudine

Quare
horis r

In
ut pri
deinde
postea
est, fia
nes, it
tis pra
subseq
tio ph
Credo
literis
& Pos
& cōn

lioresq; Doctores doceant, ut die Do-
minica, quæ ideo sic appellatur, quod
tota Domino dicata fuit. Item & alijs
diebus, quibus uulgius minus impedi-
tum est.

Tertio, quod attinet ad diem, ante
meridianæ horæ potius tribuendæ sūt
tractationi uerbi diuini quam uesperti-
næ, excepto die Sabbati, ubi sub ues-
pertinum tempus magis uidentur ua-
care homines, & alioqui ueteri consue-
tudinē illud tempus festo adiūctū fuit.
Quare uidendum etiam, ut melioribus
horis meliores Doctores doceant.

In actione ordo recte adhibetur,
ut primum signum campana detur,
deinde canantur aliquæ piæ cantilenæ,
postea, cum iam populus frequentior
est, fiant noto sermone aliquæ oratio-
nes, ita ut populus suis ardentibus uo-
tis præcinentis concionatoris uocem
subsequatur, ac fide dicat, Amen. Ter-
tio, pŕiteatur popul⁹ suā fidem canēdo
Credo. Quarto legatur aliquid ex sacris
litteris, q̄ statim in concione explicetur
& Postremo post cōcionē piæ cātilenæ
& cōmunio fiat, cū adsūt, qui cōmmu-
nicare

nicare uolunt. Et post communionem gratiarum actio, & populi benedictio, Hic actionis ordo suis rationibus probari potest.

Videndum autem est, ne plures actiones in coetu Dei simul fiant, quae se mutuo impedian, ut apud Corinthios factum est, cum plures simul ad populum loquuti sunt. Item cum diuersi coenam Domini sumpserunt, alijs quidem ebrijs, alijs uero adhuc esurientibus. Item ut iam alicubi plures simul cantilenae canuntur. In papatu fuit talis *ἀνοήσια* ualde frequens. Simul enim plures, easque diuersissimas missas & officia in eodem templo cecinerunt. Haec de ordine, iam de decencia.

DECENTER tunc aliqua fiunt in Ecclesia, quando cum grauitate & dignitate quadam mixta cum pietate omnia peraguntur. Vt, decet potius uiros in Ecclesia loqui, & omnes functiones obire, quam foeminas, sicut & Paulus praescribit. Item seniores potius quam iuniores, de die potius quam noctu, & mane potius quam uesperis, ob quam causam Ecclesia coenam DOMINI in
ante-

ionem
dictio,
us pro,
plures
, quæ
Corin-
mul ad
m di-
t, alijs
rienti-
simul
uit ta-
Simul
missas
erunt,
ntia.
unt in
e dig-
e om-
uitros
ntio,
Pau-
us quæ
tu, &
quam
ini in
ante

antemeridianum tempus transtulit. Et
in publico loco potius quam in secre-
to. Musica graui, simplici, non lasci-
ua, & tam mire uaria, ut iam fit.

Sint & uestes cum alibi, tum impri-
mis in templo, cum aliorum, tum præ-
cipue ministrorum tales, quæ apud eā
gentem, ubi est Ecclesia, maxime de-
coræ seu honestæ iudicantur. Quare
si quis olim Ethnicorum sacrorum, &
iam Papisticorum uestes in Ecclesias,
ubi illarum uestium usus semel aboli-
tus est, reuocare uellet, is contra deco-
rum faceret. Videreturq; actionem
alicuius fabulæ potius instituere, & spe-
ciosa spectacula exhibere uelle, quam
ueneranda tremēdi Dei misteria tracta-
re. Campanarum pulsus sit potius bre-
uis & simplex, quam prolixus, & mul-
tiplex. Nec sane nimium illa tam mul-
tiplex organorum melodia Ecclesiasti-
cam grauitatem decet.

Templum quoq; sit decens,
quod non esse impeditum & occupa-
tum altaribus, imaginibus & alijs nu-
gis, quo minus doctoris uox ad om-
nes penetrare, ipseq; doctor ab om-
nibus

nibus (quod etiam aliquatenus institutio postulat) cerni possit, non tam decentia, quam extrema necessitas instructionis flagitant.

Imagines in Templis (cum Idolatriæ occasio non sunt) fortassis ferendæ sunt, quod nonnihil tum ornant templum, tum etiam docent ac monent imperitiores. Verum modus in ea re adhibendus esset, satius enim esset uiua Dei Tempia ornare illis sumptibus, quam lapidea. Esset etiam in picturis grauitas & frugalitas adhibenda: Sæpe ita exquisita forma & ornatu pingunt sanctos ac sanctas, ut si amatores & scorta pingerent nimum esset, ut Albertus Archiepiscopus Moguntinus curauit aliquando in Templo quodam scortum suum depingi pro diua uirgine. Multipliciter obest ea indecentia, inuitat multos ad imitationem luxus, adhæc cum concio audienda est, uerbumq; Dei meditandum, tales lasciuæ picturæ facile auditorum animos alio auocant, eisq; sæpe parum piarum cogitationū occasionem præbent.

Est

rum in
huc ui
ris pra
Adde &
scribi,
Domi
& amb
efficitu
pistarum
iam ap
esset ig
homin

Si i
pictura
dam a
ille spe
primif
lerentu
pinger
lōgius
no ab i
concio
enim,
dendu
ex aud
tice de

Est etiam uehementer indecorum in Templo pingi personas adhuc uiuentes, nullaq; præstantia cæteris præcellentes, idq; tam conspicuas: Adde & eorum insignia, & titulos adscribi, qua ratione plane ex templo Domini, domoq; orationis diuitum & ambitiosorum hominum Theatrum efficitur. Hæc multiplex pestis in Pa-pistarum templis ualde regnauit, & iam apud nos quoq; grassari incipit, esset igitur graui piorum, eruditorumq; hominum censura cohibenda.

Si igitur omnino uolunt in templis picturas collocare, esset grauitas quædam adhibenda, ut dictum est, nimius ille spendor & ornatus picturarum, imprimisq; nimium elegantes formæ tollerentur, personæ profanæ ualde exiles pingerentur. Ante omnia autem uelimus a suggestu eas collocari, ac omnino ab ijs locis, ad quæ homines, cum sit concio, maxime conuersi sunt, obiecta enim, ut dicitur mouent sensus. Videndum igitur esset, ne, dum auditores ex auditu prædicationis fidem haurire deberent, per lucentia aliqua obie-

ta

cta mentes eorum ad alias cogitationes, easq; fortassis non satis pias abstraherentur, atq; ita tum infrugifera auditoribus concio fieret, tū etiam mentes eorum inhonestis cogitationibus contaminarentur. Rectius sane agerent diuites & potentes si templum bono doctore potius quam pulchra preciosaq; pictura exornarent.

Hæc de decoro etiam in hac parte dicere uolui, non quod negem picturas habere uel in templo uel extra templū Adiphoron esse, sed quod imaginum abusum, qui iam denuo crescere incipit graui repræhensione dignissimum esse iudico.

Sint & loca in templis aliquatenus mulierum & uirorum seiuncta. Item quandoquidem id iam consuetudine receptum est, ut potentiores habeant loca honestiora & ædificio ab alijs seiuncta, uidendum esset, ne ea ipsorum licentia nimium cresceret, ac illi soli omnia in templis occuparent, extrusis ferme, uel certe longius amotis tenuioribus. Struunt enim illi sibi propemodum ueluti palatia quædam, in quibus
uel

uel sta
sint: q
est, sæp
nis tem
non ha
ste cor
Pertine
in temp
tius, qu
in loco
& cryp
scelerib
rum &
Co
pertine
sertim i
quæ ei
etiam, q
tum ha
tatem
Quare
quædar
tas speci
tem qu
diuersit
scandal
Est

uel stare, uel sedere, uel etiam iacere pos-
sint: quæ tamen ipsa loca, quod peius
est, sæpe uacua & conclusa sub concio-
nis tempus sunt, cum interea pauperes
non habeant locum, ubi uel stantes re-
cte concionatorem exaudire possint.
Pertinet etiam ad decorum, ut omnia
in templis in frequentia hominum po-
tius, quam solitudine peragantur. Item
in loco patulo potius, quam in angulis
& cryptis, sacrificulorum libidinibus &
sceleribus percommotis, more papista-
rum & gentilium.

Conformitas quoq; ad Decorum
pertinere uidetur. Decet enim, ut, præ-
sertim in grauibus negotijs, cum res ali-
quæ eiusdem ueluti speciei sunt similia
etiam, quasi accidentia, ac ueluti uesti-
tum habeant: Et contra uarietas leui-
tatem quandam præ se ferre uidetur.
Quare & in ministerio conformitas
quædam requiritur: Ibi enim diuersi-
tas speciei externæ non tantum leuita-
tem quandam, sed & quasi religionis
diuersitatem præ se fert, atq; ita etiam
scandalizare imperitiores uidetur.

Est autem conformitas quædam
Y simili-

similitudo inter se partium, aut etiam rerum prorsus disiunctarum: Quæ in Ecclesia consideranda est, in tribus collationibus. Primum enim conformitas aut in maioribus, aut in minoribus rebus requiritur, quæ in maioribus, id est in doctrina, Sacramentisq; ea plane est necessaria, nec est ullo modo Adiaphoræ. Si enim non esset una fides, unum baptismum, unus mediator apud omnes Ecclesias, necessario aliqui in errore essent. In minoribus, ut caeremonijs non perinde est necessaria, imo in minimis rituum circumstantijs etiam prorsus impossibilis. Sed tamen in mediocribus caeremonijs etiam uere Adiaphoris aliquatenus conformitas est sectanda, tum ob decorum, tum ob tollendum imbecillium scandalum, tum etiam, quia haud dubie in omni re una est aliqua optima rei idæa, quamquam uerum est, quod, cum non omnes uel homines, uel loca, uel tempora optimam illam idæam recipiunt, tum aliqua minus absoluta eis potest esse aptior.

Secundo spectatur conformitas in pluribus ueris Ecclesijs inter se collatis. Postremo & in eiusdem Ecclesiæ diuersis temporibus

poribus
aliqua
formit
eiusdē
Baptis
tamen
clesia si
impiet
cū ritus
generat
causa, n

Ca
in diue
nibus p
alijs, du
sumpta
coro d
tius ag
in rebu
alijs fir
longe p
eademe
dam Ec
sent, su
in diuer
do iam
plures i
mimo

poribus & actionibus. Quanq̃ autem
aliquatenus & pluriū Ecclesiariū con-
formitas optāda est, quandoquidē ōnes
eiusdē Christi sunt, eandem fidē, idem
Baptisma, & eundē mediatorē habent,
tamen magis curandū id est, ut una Ec-
clesia sibi met cōstet, donec id fieri sine
impietate, & notabili dāno potest. Nā
cū ritus incipiunt in aliquos abusus de-
generare, omnino, exposita auditoribus
causa, mutandi sunt.

Causa autem, cur una Ecclesia sibi
in diuersis temporibus, iteratisq; actio-
nibus potius conformis esse debet, q̃ cū
alijs, duæ sunt, quarum altera a decore
sumpta, quia, ut Cicero de proprio do-
coro disputat, hoc singulis diligen-
tius agendum est, ut sibi met constent
in rebus, sane non uitiosis, quam ut
alijs similes sint. Altera est, quod
longe plures offenderentur, si in una,
eademq; Ecclesia, ueluti politia quæ-
dam Ecclesiastica, cui ipsi assuefacti es-
sent, subinde mutaretur, quam quod
in diuersis Ecclesijs aliqua dissimilitu-
do iam aliquamdiu durauit. Nam &
plures imbecilles eiusdem Ecclesiæ do-

X 2

mi ma,

mi manent, quam peregre uagantur,
& uehementius suarum caeremoniaru
conseruationem, quam peregrinarum
importationem, flagitant. Magis igitur
hoc agendum est, ut singulae Ecclesiae
sibimet constent, conformesq; in bonis
ritibus sint, quam diuersae, idq; in rebus
etiam minoribus.

Obseruandum tamen ante omnia
in hac tota disputatione, primum non
esse necessariam rituum conformitatem,
deinde & nimis exactam esse impossi-
bilem. Gregorius Papa in registro
docet, neq; fuisse suo tempore in Eccle-
sia conformitatem, neq; necessariam es-
se, sed id agendum esse, ut unaquaeque
Ecclesia sibi deligat quam aptissimas
caeremonias. Quin & hodierna die in
papatu magna est difformitas, singuli
propemodum episcopatus, & singuli
monachorum ordines suas, diuersasq;
caeremonias habent, diuersas Missas, &
breuiaria, differt Branduburgense bre-
uiarium a Magdeb: &c.

Deniq; omnia sint in templo ac mi-
nisterio seria, grauiā, frugalia nihil ioco-
sum, petulans, leue aut ridiculū sit. Sed
omnia

omnia
profes
Angelo
coro, i

Ad
quae de
sunt. I

sterij oc
centia
nia qu

mouer
Ad ac
na cur

di pote
ca, sche

Oe
parente
tatem,

officia
stituun

Sch
primis
schola

q porro
dis, tu
tutes, u
solet. C

omnia sic fiant, tanquam a pio animo
profecta, & in oculis Dei, & sanctorum
Angelorum agantur. Haftenus de de-
coro, iam de ædificatione.

AD ædificationem porro hæc ipsa,
quæ decet & ordine fiunt, referri pos-
sunt. Neq; enim grauitas diuini mini-
sterij ociosam quandã theatricamq; de-
centiã & ordinẽ requirit, sed simul om-
nia quoq; ad ædificationem, id est, pro-
mouendã uerã pietatem, uult spectare.

Ad ædificationẽ quoq; spectat discipli-
næ cura. Porro disciplina iã recte diui-
di potest, in Oeconomica seu domesti-
cã, scholasticã, Ecclesiasticã, & politicã.

Oeconomica seu domestica est, qua
parentes liberos & reliq; familiã ad pie-
tatem, bonos mores, & communia uitæ
officia, domestica cura industriaq; in-
stituunt, & assuefaciunt.

Scholastica quoq; institutio uel im-
primis ad disciplinã pertinet. Nam in
schola flos iuuetutis Ecclesiæ educatur,
q; porro coet⁹, cū maturuit, cū alijs mo-
dis, tū & exẽplo in alios uel uitia, uel uir-
tutes, uel pietatẽ uel impietatẽ spargere
solet. Quare imprimis seria, cū alioqui

Y 3 omnis

omnis iuuetutis esse deberet, tū praeipu-
e eius, quæ literis mancipatur: quē enim,
ut Horatius inquit, recēs testa odorē se-
mel imbibit, eum diu seruat. Curandū
autem, ut non tantum in literis, sed &
in bonis moribus, ac ante omnia in ue-
ra pietate recte in scholis iuuetus, infor-
metur. Recte enim ille inquit, qui in li-
teris proficit, & in moribus deficit, ille
plus deficit, quam proficit.

Ad hoc autem, ut iuuentus recte in
Schola instituatur, non solum bonus
ordo scholæ, seu leges, sed & personæ
idoneæ necessariae sunt, quæ magna cu-
ra magistratum, & pastorum conqui-
ri, retineriq; deberent. Ac si in ulla alia
re, tum in hac omnium minime, sum-
ptibus parcendum esset.

Porro Ecclesiastica disciplina in
his comprehendi potest, iuuentutem
subinde de Catechismo examinare. Je-
iunia aliqua, seu temperatiā præscribere.
Certis diebus cogere adesse sacrae cō-
cioni. Item, ultra certū tempus nō absti-
nere a communione. Itē, excommuni-
catione, alijsq; moderatis, & nō supersti-
tiosis cēsuris cogere cum alios homines
ad ho-

ad ho
primi
id seri
ritus a
Item
tum
magis
enda
P
iam ni
quant
non ta
sed eri
periu
ptus r
acius
ges fur
par est
famili
cionat
imprim
Ecclesi
neru
munic
adiuue
Sed
poten

ad honestam & sobriam uitam, tū im-
primis Ecclesiæ ministros, & omnino
id serio agere, ne homines libertate spi-
ritus ad libertatem carnis abuterentur.
Item admonere tum patresfamilias,
tum & Ludimagistros, tum etiam
magistratus ipsos, unumquemq; de tu-
enda sua disciplina.

Postremo, magistratus disciplina
iam nimis angusta est, olim latius ali-
quanto patuit. Ea sic exercenda esset, ut
non tantum punirentur furta & cædes,
sed etiam libidines, item blasphemix,
periuria, luxus, epicureismus & contem-
ptus religionis, aliaq; uitia aliquanto
acrius castigarentur: Reuocare item le-
ges sumptuarias eos oporteret. Adhæc
par est, ut magistratus adiuuet tū patres
familias, tum ludimagistros, tū & con-
cionatores, in retinenda sua disciplina,
imprimis uero iuuat seruare pastores
Ecclesiasticam disciplinam, præcipueq;
neruum illum disciplinæ, nempe Excō-
municationem in pio usu, sicut olim
adiuuerunt in impio.

Sed multi hoc cōcedere nō uolūt, ne
potentia Euangelistarum sit eis nimis
X 4 grauis,

gravis, ipsi enim uolūt Euāgelio domi-
nari, & non uolunt Euangelij iugum
pati. Atq; ita uere stulti homines, dum
uitia fugiunt, in contraria ruunt. Sicut
olim papisticis spiritualibus, non aliter
ac dijs quibusdam, se subiecerunt, eosq;
ferme adorarunt, ita iam se non satis li-
beros putant, nisi Euangelium & Euan-
gelistas pedibus conculcent, eisq;, ue-
luti mancipijs suis imperent. Sed ul-
ciscetur profecto adhuc Deus horribili-
ter hunc ministerij contemptum & pro-
restituta Christiana libertate ingratitu-
dinem.

Pertinet etiam ad ædificationem,
ut, ubi non sunt multi, qui latine intel-
ligunt, omnia potius uulgari, quam
latino sermone in templis peragantur.
Item, ut cantilenæ sic canantur, ut in-
telligi possint sententiæ, quo cor ipsum
efficacius pijs dictis, cum musica con-
iunctis, moueatur, & non tantum au-
res inani titillatione deliniantur, ut iam
nimium fit, præsertim apud papistas.

Sæpe autem accidit, ut ea quæ sua
natura uel licita sunt, uel etiam aliqua-
tenus pia, tamen ob circumstantias ali-
aliquas,

aliquas
tiam P
mihi li
omnia
ficant.
pium e
infirm
tur aliq
onem c
non su
utroq;
proxim

Hi
uatis A
asticis,
agédū
tatem
quos, d
ipforu
indulg
quærat
impios
Christi

Su
bent ef
uerbi D

domi-
ugum
dum
Sicut
aliter
eosq
atis li
Euan-
q, ue
ed ul
ribili-
& pro
ratitu-
onem,
intel-
quam
antur,
ut in-
ipsum
con-
m au-
ut iam
stas,
æ sua
liqua/
as ali/
liquas,

aliquas fiant illicita, in quam senten-
tiam Paulus 1. Cor. 10, inquit. Omnia
mihi licent, sed non omnia expediunt,
omnia mihi licent, sed nō omnia ædi-
ficant. Exemplo suo testari libertatem
pium est, sed cum est occasio scandali
infirmorum, fit impiū. Quatenus igitur
aliqua uel destruunt, uel ædificati-
onem quantumuis parum impediunt,
non sunt adiaphora, sed diuinitus
utroq; præcepto de dilectione Dei &
proximi prohibita.

Hinc fit, ut sæpe, præsertim in pri-
uatis Adiaphoris non tantum Ecclesi-
asticis, sed etiam politicis aliquid uel
agendū uel omittendū sit, etiā cōtra liber-
tatem Christianam ob imbecillos ali-
quos, de quibus spes est, quorum tamen
ipsorum non carnalis commoditas tali
indulgentia, sed spiritualis profectus
quærat. Nam propter pertinaces
impios nihil penitus contra libertatem
Christianam faciendum est.

Summa, omnes cæremoniæ sic de-
bent esse ordinatæ, ut prædicationem
uerbi Dei in præcipuo scopo, nempe in

excitanda in animis uera pietate, tan-
quam *ὑπερίτινα* quædam iuuent, & nullo
modo impediant.

Cauendum autem est, ne suos fines
ista Adiaphora transeant, ac pro imme-
diatis Dei cultibus habeantur. Nam
in nullius hominis potestate est aliquos
Dei cultus, sine mandato Dei institu-
ere, quare talia Adiaphora fierent ido-
latriæ, ut in papatu abstinere a certis
cibis certo tempore, cessare die Domi-
nica, gestare cucullam. Item, ne extra
casum scandali incipiant obligare
conscientias, atq; ita laqueos iniiciant
conscientijs. Item, ne seruiant abusibus
præsentibus, aut breui secuturis. Item
ne significant, nos approbare aliquos
abusus, aut quoquo modo tandem ad
destructionem, & labefactionem pia-
rum mentium tendant. Omnia enim,
quæ sunt Adiaphora, eatenus sunt Adi-
aphora, quatenus illis prioribus finibus
seruiunt. Cum uero illos transgredi-
untur, non sunt iam Adiaphora, sed
impietates & abominationes omnibus
modis fugiendæ.

Se

SEC
P

HA
ro
su

ἰεὺς ἀδὸν
obtrud
præced
forman

Q
Christi
phora,
quia p
a Deo p
postea
circum

De ca
un

O
M
q
tamen
ter has
quia n

SECUNDA PARS DE

præsentibus comenticijs Adia-
aphoris.

HActenus breuiter uerorū Adia-
phorū rationem ac formam expo-
suimus, iam, quoniam quædam
ψευδαδιάφορα Ecclesiæ Christi ab impijs
obtruduntur, uolumus ea breuiter ad
præcedentem ueram Adiaphororum
formam exigere & examinare.

Quæ iam pro Adiaphoris Ecclesiæ
Christi proponuntur, non sunt Adia-
phora, uel ob aliquas circumstātias, uel
quia per se suaq; natura sunt impia, &
a Deo prohibita. De sua natura impijs
postea dicetur, iam dicam de alijs, quæ
circumstantiarum ratione impia sunt.

De causis efficiētibus præsentis
um pseudadiaphororum.

OMnia quæ iam proponuntur re-
cte institutis Ecclesijs, etiam si ali-
quando fuissent pia Adiaphora,
tamen iam non sunt Adiaphora, prop-
ter hasce sequentes rationes. Prima,
quia non habent causam efficientem
Adia.

Adiaphororum, quam superius dixi,
esse triplicem, generale Dei mandatum,
liberā eamq; piam tum Ecclesiæ, tū mi-
nistrorum uoluntatem. Primum di-
cam de posterioribus duabus, postea de
prima.

Primum, non instituuntur præsen-
tia Adiaphora ex libera uoluntate a
ministis, consentiente Ecclesia, sed in-
uitæ per uim, multiplicesq; fraudes ob-
truduntur, in qua re uiolatur Ecclesiæ
libertas, quæ diuinitus iubetur stare in
libertate, in qua a Christo collocata est,
& non fieri serua hominum.

Adhæc imponuntur isti ritus, non
a quouis uulgaris homuncione, sed ab
ijs personis, quas Spiritus S. iam olim
prædixit singulariter Christo aduersa-
turas esse, præmonuitq; pios, ne eis in
religione obedirēt eosq; ueluti excom-
municauit, nempe ab Antichristo, seu
meretrice Babilonia, & a bestia mere-
tricem illam gestante. Nam ualde im-
pudens mendacium est, quod Torgæ,
Emdæ in Frisia, & alibi propositum est
pijs concionatoribus, præsentis mutati-
ones non institui propter Interim, sicut
in ædito

inædito Germanico ternione ex ipso-
rū Adiaphoristarū scriptis mendaciū
hoc confutatum est, quin & a principio
Lypfici Interim positum est, illas mu-
tationes instituti, ut C.M. mos geratur.

Non est autem dubium, quin hæc
cohærentia sit uerissima. Primum, quic-
quid facit Antichristus, facit in grati-
am Satanae, cuius est uicarius & a quo
agitatur. Deinde, quicquid faciunt Mo-
narchæ in religione, faciunt in gratiam
Antichristi, & eius sedis. Vt etiam lite-
ræ Papæ ad Episcopos, Episcoporum
ad principes, & Ecclesias testantur. Po-
stea, quicquid faciunt principes & aulæ
in mutationibus istis, faciunt in grati-
am Monarcharum. Quarto, quicquid
faciunt seniores Theologi pro hisce
mutationibus, faciunt in gratiam aula-
rum & principum. Postremo, quicquid
faciunt iuniores Theologi ad promo-
uendum, aut certe non impediendum
hoc malum, faciunt in gratiā suorum
præceptorum, igitur omnes seruiunt
Antichristo, & Diabolo, ac cū illa mag-
na meretrice scortantur, & de poculo
eius bibunt, ut in Apocalipsi de extre-
mis tem-

mis temporibus non temere propheta-
tum est. Et, ut iam non esset aliquod
nouum mandatum Antichristi, de in-
staurandis istis ipsis impietatum fun-
damentis, tamen perpetuum eius man-
datum & uoluntas nota est, cui impia
uoluntati tota Ecclesia Christi, & sin-
guli *pj* repugnare deberent.

Et si igitur Ecclesia debet semper
pro sua libertate, in qua a Christo col-
locata est, pugnare, cum quicunq; de-
um ei uult ferre leges, tamen iam
multo magis quam unquam alias, cum
ei isti summi, & a Spiritu S. iam olim
prædicti & damnati aduersarij Christi,
iugum imponere, & impias leges ferre
præsumunt.

Sæpe scriptura dicit, Deum esse ze-
lotem, & coniunctionem Christi cum
Ecclesia coniugio comparat. Sicut igitur
nihil ægrius accidere potest sponso,
quam si uideat suam sponsam aliqui-
bus, uel minimis signis indicare, se mag-
nifacere eius riualem, uelleq; ei in ali-
quibus morem gerere. Ita haud dubie
summe displicet Christo, Ecclesiæ spon-
so, eam in ullis, uel minimis religionis
momen-

moni
ipse eq
N
subin
isse in
in po
men s
perau
lem se
stanter
fieri se
oso sa
Q
clesiæ
uelatit
eos acc
aphor
ochi n
D
in inst
mus, u
haben
tum,
nem p
institu
cupidi
ipsime

momentis Antichristo & bestia, in qua ipse equitat, morem gerere.

Nec est curandum, quod quidam subinde repetunt, Ecclesiam semper fuisse in aliqua seruitute, nam etsi semper in politica seruitute fuit, nunquam tamen se ad impiorum religiones attemperauit, nec Deus uoluit eam spiritua-lem seruitutem subire. Sed potius constanter tueri suam libertatem, & non fieri seruam hominum, cum sit precioso sanguine Christi redempta.

Quare cum iam isti ritus inuitæ Ecclesiae obtrudantur, idq; a summis, reuelatisq; hostibus Christi, nullo modo eos accipere licet, nec sunt amplius Adiaphora, sed impia Antichristi & Antiochi mandata.

DEBET etiam adesse in Ecclesia & in instituentibus Adiaphora, pius animus, uerbo Dei rectus, idq; propositum habens, ut sic gloriam Dei, uerum cultum, piarumq; mentium ædificationem promoueant. Iam contra qui hæc instituunt, partim faciunt id metu & cupiditate pacis mundi, non Christi, ut ipsimet testantur, cum toties repetit, ne forte

forte ueniant Romani, & tollant, &c.
Item faciunt humana sapientia, confis-
sto tamen pietatis zelo & studio. Vo-
lunt enim duobus dominis seruire, &
confessionem fugere, idq; pessima con-
scientia, quod ipsimet sæpe fatentur,
Quidam etiam faciunt ob ingentia
munera & canonicatus, quæ profecto
eis non ex deuotione dantur, & tamen
dari eis munera, canonicatus & præ-
posituras certo constat.

Quidam hæc agunt studio grati-
ficandi bestię & meretrici, ut a princi-
pio noui Interim ponitur. Demum
multorum ea est uoluntas, ut per istas
mutationes uelint facere inclinationē
ad omnes abusus pontificios, quod ip-
sime Theologi fatentur in epistola ad
Hamburgenses. Item in somnio de se-
nestra & missa Papistica.

HACTENVS ostensum est, præ-
sentia Adiaphora non habere duas po-
steriores efficientes causas, id est, libe-
ram & piam Ecclesię ac instituentium
uoluntatem, iam de prima causa, id est,
generali Dei mandato dicemus. Secun-
do non instituuntur istę cæremonię
ex man-

ex man
Adiaph
mand
restitu
seruiet
litæ su
pietati
us circ
idolatri
minari
am ips
rum, &
& alio
bus im
etiam
statu
zelum
materi
latrarię.
N
sunt a
rent ab
perent
tem de
ges, qu
latrarię
Item, &

ex mandato Dei, in genere pia & utilia
Adiaphora præcipientis, sed contra
mandatum eius. Nam Deus non uult
restitui cæremonias, quæ diu impietati
seruierunt, & semel ob impietatem abo-
litæ sunt. Irascitur non solum ipsi im-
pietati uehementer, sed & omnibus ei-
us circumstantijs, dicit solum ipsum ob
idolatrias, quæ in eo exercentur, conta-
minari, pollui, & immundum esse. Eri-
am ipsas opes & omnia bona idolatra-
rum, ut Ierichuntis & Amalekitarum,
& aliorum, tanquam in ipsis etiam re-
bus impietas hæreat, execratur. Moises
etiam ipsum aurum uituli aurei dete-
statur & perdit. Adeo feruens odium &
zelum habet Deus, etiam contra ipsas
materias & alias circumstantias ido-
latriæ.

Nostri profecto Adiaphoristæ, qui
sunt animi Maioris, non ita abhorre-
rent ab auro aurei uituli, quin sibi cu-
perent aliquam pinguisimam eius par-
tem donari. Laudantur a Spiritu S. re-
ges, qui ex templo Baal, alijsq; locis ido-
latrariarum cloacas & latrinas fecerunt.
Item, qui statuas idolatricas exusserunt
Z & per-

& perdiderunt, quantumuis preciosa
materiæ fuerint, & qui omnino omnes
etiam circumstantias idolatriæ dili-
gentissime aut aboleuerunt, aut obscu-
rarunt,

Porro, quod quidam dicunt, se re-
stituere eas cæremonias, quæ, quia inde
a primis patribus usitata fuerint, (cu-
ius tamé generis paucissima proferunt,
cum de papisticis ritibus loquuntur)
ideo penitus ad Antichristû nō pertine-
ât, nihil plane eos excusat. Nā res postq̃
idolatriæ seruiūt, sunt idolatricæ, & nō
placēt Deo, uultq; eas Deus abijci. Ser-
pens æneus erat a Deo institutus, idq;
per Moisen tantum Prophetam, post-
quam tamen idolatriæ seruiuit, non
fuit amplius Dei serpens, aut Moisi, sed
idolatrarum & Diaboli, laudaturq;
Ezekias, qui eum contriuerit.

Quare, etiamsi fuissent aliqua cæ-
remonia in papatu, quæ inde a primis
patribus in Ecclesia extitissent, tamen
cum ita sint, fuerintq; iam longo tem-
pore penitus contaminatæ idolatria,
& abusibus papisticis, non sunt ampli-
us patrum cæremonia, sed Antichristi,
pieq;

pieq; al
Dei uo
Eg

ista abo
arum &
fius Sp
tuere ig
Spiritu
contra

Q
inuitæ
rudan
pietate
tu, par
studio
partim
doctrin
rum &
fario f
a pijs a

De ef

H
nec pi

pieq; abolentur, & impie iam, contraq;
Dei uoluntatem restituantur.

Ego profecto non dubito, quin
ista abolitio papatus, eiusq; caremoni-
arum & abominationum sit plane ip-
sius Spiritus S. singulare opus. Resti-
tuere igitur ea ex humana sapietia, quæ
Spiritus S. semel abiecit, est plane facere
contra Spiritum S. & mandatum Dei.

Quare, cum præsentia Adiaphora
inuitæ Ecclesiæ, ab hostibus Christi ob-
trudantur, idq; non pio animo ueram
pietatem promouendi, sed partim me-
tu, partim humana sapientia, partim
studio gratificandi impijs Tyrannis,
partim etiam animo euertendi ueram
doctrinam, adhæc contra Dei manda-
tum & uoluntatem restituantur, neces-
sario sunt impia, & nullo modo sunt
a pijs accipienda.

De effectibus præsentium pseu-
dadiaphororum.

HAtenus de prima ratione dictum
est, cur præsentia pseudadiapho-
ra non sint amplius Adiaphora,
nec pie accipi possint, quia scilicet non

Z 2

habent

habent ueras causas efficientes, iam de
secunda ratione, Christo fauente, di-
cetur. Secunda igitur ratio est, quia nō
habent finales Adiaphororum causas,
imo habent eis contrarios effectus. Fi-
nales causas Adiaphororū superi⁹ ex
Paulo ostēdimus debere esse, ut omnia
ordine, decēter & ad ædificationē fiant,

**Quod ordinī non
seruiant.**

Primum istæ præsentis adiapho-
ricæ mutationes ordinem efficere non
possunt. Nam cum semper mutati-
ones & in politijs, & in Ecclesijs
(quin & in omnibus rebus, iuxta illud,
omnis mutatio periculosa) turbationis
causa fuerint, etiam cum uolentibus &
consentientibus subditis uel auditori-
bus factæ sunt, idq; in aliam non mul-
tum dissimilem formam, iam multo
magis perturbationes efficient, cum in
rebus religionis, & ad conscientiam
pertinentibus, inuitis plane, gementi-
busq; pijs fiunt, idq; in statum plane
contrariū. Transformatur enim Ecclesia
Christi in formā Ecclesiæ Antichristi,
a qua

a qua ab
adeo ip
rent, ut p

Ve
disputa
am uero
clamare
plurimi
conscie
per paru
uestem.
sem Ec
bus, ue
& Achi
re pios
qui no
nolueru
subrog
secutæ
me dico
ordinis
quotid
minus
næ con
uerbale
Su
narum

a qua abominabili forma omnes pii, atque adeo ipse spiritus S. uehementer abhorrent, ut paulo ante dictum est.

Verum ne hæc tantum ratione disputasse uideri possimus, experientiam uero fortasse rationibus nostris reclamare, cogitemus tantum (ut de alijs plurimis Ecclesijs nihil dicam, in quibus conscientia & externa forma Ecclesiae per paruas mutationes, ut per albam uestem, misere turbatae sunt) Torgensem Ecclesiam, unde Morus adiuuantibus, uel potius instigantibus Balaamis & Achitophelibus exturbauit duos uere pios & constantes concionatores, qui nouis istis mutationibus assentiri noluerunt. Eo lupo in pastoris locum subrogato quales turbæ et miseriae consecutæ sint, multis notius est, quam ut me dicere necesse sit. Ibi quam pulchri ordinis causa sint adiaphoristæ, possunt quotidie, si uolunt, spectare, sed quominus doleant se id fecisse, faciunt bonæ consolationes domini, non tantum uerbales, sed etiam reales.

Sunt igitur mutationes causæ magnarum miseriarum, cum fiunt uel tranquillissimæ

q̄llisimīs temporib⁹, multo magis nūc
miserabilis perturbationis causa erunt,
cum iam Ecclesiæ CHRISTI om-
nibus mille Satanæ artibus & eius fili-
orum intus & foris oppugnentur.

Quin & ipsimet Adiaphoristæ in
præfatione nouæ ordinationis, & in
alijs scriptis affirmant, quod ex præsen-
tibus adiaphororū mutationibus *wet-
den viel zerrüttung folgen / vnd die
pfarhern werden vnrugig gemacht.*
Quare detestandi sunt adiaphorista-
rum clamores, qui nomine ordinis sua
ἡ εὐδοκία commendant, coarguun-
tur enim ratione, experientia, & propria
confessione. Turbant enim nobis Ec-
clesias optime ordinatas, ac proprias
ordinationes, quas tam multas iam ali-
quot annis scripserunt, turpiter defor-
mant, & euertunt. Hastenus de ordine
iam de Decentia,

Quod non deceant.

Secundo, ista noua Adiaphora non
sunt causa decetiae in Ecclesia Chri-
sti. Qui enim deceret Ecclesiæ Chri-
sti grauitatem dignitatemq; theatra
& ma-

& mag
cessari
stituit
cum u
um ul
pulchr
afino
ridicu
cus pri
naliur
diaph
lant.

A
Ecclef
quod
conde
pulus
Sicut
scorti
plane
quam
attin
pij ex
nugis
impie
& pol
cuius

& magica gesticulatio in Milsa, quæ necessario cum reliquis missæ partibus restituitur. Item circuire cœmeterium cum uexillis instar Baccharum furentium ululando. Depositio crucis in sepulchrum. Item introductio statuæ in asino equitantis & aliæ similes plane ridiculæ nugæ, quas quidam apostaticus princeps nō immerito ludo Bacchanalium comparauit, quasq; & ipsi Adiphoristæ ludicra quædam appellant.

Atq; hæc nunc tanto minus decent Ecclesiam, quod seruiuerunt idolatriæ, quod sunt a nobis explosa & penitus condemnata ac abiecta, quodq; ea populus extreme execratur & detestatur. Sicut enim furis, latronis, carnificis aut scorti ipsam etiam uestem, quanquam plane innocentem, detestamur, nec quisquam honestus homo eam libenter uel attingit tantum: Ita etiam omnes uere pij ex animo abhorrēt ab istis papisticis nugis, q̃ in papatu extremo abusui & impietati seruiuerunt, ijsq; cōtaminatæ & pollutæ sunt. Nec est tantū delicati cuiusdam palati istud fastidium, sed re-

uera Spiritus S. detestatur ita illas abo-
minationibus pollutas caeremonias.

Quare istæ nugæ Antichristi in Ec-
clesiam reductæ, dedecorant & ridicu-
los efficiunt ministros nostrarum Ec-
clesiarum & totum ministerium, ut au-
ditores & contemnere & odisse incipi-
ant tum ministros & totum ministeri-
um, tum & ipsa Sacramenta ac uerbū.
Neq; enim est cuiusq; destinguere, ut
inquit Aristoteles: Quare incipiunt
imperiti homines ob unam partem ri-
dicularum caeremoniarum, etiam de
reliquis summis, diuinitusq; institutis
Ecclesiæ actionib; leuiter sentire. Sum-
ma, etiam si nihil præterea esset indeco-
rum in istis papisticis ritibus, tamen
tantum illud ipsum restituere ea, quæ
semel propter impium abusum penitus
abieceris & contempseris, ualde non
solum dedecet, sed plane impium est.

Proinde papistici ritus restituti pla-
ne indecori erunt nostris Ecclesijs. Pri-
mum, quia plærq; sua natura inepti
sunt, Secundo, quia contemnuntur &
odio habentur ab omnibus pijs pro-
pterea, quod tã diu multiplicibus abo-
minationibus

minar
Sicut
bus sc
strem
deco
re, qua
nitus
Eccles
honest
lis, a
pomp
Qu
etiã ac
dam
sponc
riam
Nam
gloria
est) co
& nec
possi
tam
orber
tibus
um e
isse a
sua co

minationibus Antichristi seruiuerunt :
Sicut superius diximus, omnes a uesti-
bus scorti aut carnificis abhorre-
re, quia leuitatis est & summe in-
decorum ea recipere & in precio habe-
re, quæ antea ualde contempseris & pe-
nitus abieceris. Tam igitur dedec-
bunt Ecclesiam Christi, quam si aliquam
honestissimam matronam alligatis no-
lis, aut aliqua usitata scorti nota in
pompa traduceres.

Quod aut cōformitatem (q̄ in 1. parte
etiā ad decorū pertinere diximus) qui-
dam uehementer prædicant, ad id re-
spondemus, primum, nec esse necessa-
riam cæremoniarum conformitatem.
Nam in earum conformitate nec Dei
gloria, nec nostra salus (quod notum
est) consistit: Sed potius opinio cultus
& necessitatis obseruationis. Nec etiam
possibilem, qui enim possibile est in
tam distantibus a se mutuo locis per
orbem terrarum, & in tam diuersis gen-
tibus & cœtibus conformitatem ritu-
um efficere: Deinde asserimus non fu-
isse annis 600. post Christum in Eccle-
sia conformitatem, ut Gregorius mag-

Z 5 nus in

nus in Epistola quadam ad Augustinū
Episcopum Cantuariensem testatur.
Quin ne ante 30. quidem annos fuit in
Ecclesia conformitas rituum, nam ali-
as caeremonias Romana Ecclesia, alias
Græca, & alias Orientaliores habuerūt,
& habent, quin & in papisticis Ecclesi-
is fuit magna diuersitas, alia est missa
Ambrosiana & alia Romana. Item alia
ratio officij (ut uocant) aliarumq; cæ-
remoniarum fuit apud alios mona-
chorum ordines, quin & singuli Epi-
scopatus habuerunt suas proprias or-
dinationes.

Quare nec necessaria, nec utilis, nec
possibilis est omnium caeremoniarum
conformitas in omnibus Ecclesijs, nec
unquam a Christo nato in Ecclesia fu-
it. Hoc uero tempore per Adiaphora, &
ista tam uaria Interim non conformi-
tas, sed summa difformitas ac tristis per-
turbatio tum politiarum, tum Ecclesi-
arum, ac deniq; conscientiarum excita-
tur, ut ipsa experientia clamat.

Differui in prima parte de confor-
mitate aliquanto prolixius, ubi ostendi
conformitatem magis in eo sitam esse,
ut sin-

ut sin-
simile
atq; al-
men-
quibu
dixim
& sibi
forme

S
Ecclesi
aliquo
tionib
omne
sunt E
comm
ria In
confa
gener
breue
mata
sa id
sum f
terun
Sed c
le sit
fiarun
unicu

ut singulae Ecclesiae sibi met consent
similesque sint, quam ut se subinde alijs
atque alijs conforment, in praecipuis ta-
men summisque religionis capitibus, in
quibus conformitatem necessariam esse
diximus, sunt omnes nostrae Ecclesiae
& sibi mutuo & antiquissimis illis con-
formes.

Si efficienda esset conformitas in
Ecclesijs, tum id efficere oporteret per
aliquod eruditum & firmum, tum ra-
tionibus, tum autoritate scriptum, cui
omnes sani necessario assentirentur, ut
sunt Biblia, Postillae D. M. Luth. Loci
communes, & similes libri. Ista tam va-
ria Interim, clam a paucis aliquibus
confarcinata, plena ambiguitatibus &
generalitatibus, in quibus tantum sunt
breves sententioae nullis rationibus fir-
matae, adhuc per vim in Ecclesias intru-
sa id nequaquam efficient, quae ob hoc ip-
sum suspecta sunt, nec diuturna esse po-
terunt, quod uiolentia promoueantur.
Sed consideremus obsecro, qui possibi-
le sit conformitatem multarum Eccle-
siarum per Adiaphora efficere, cum ne
unicus quidem pastor secum esse con-
formis

formis poterit. In suggesto uituperabit
acerrime ritus papisticis abusibus inuo-
lutos & contaminatos, postea ubi des-
cenderit ipsemet eos ritus peraget, & ita
contra semetipsum, ueluti impœniten-
tem concionabitur, suæq; doctrinæ cō-
traria faciet. Item qui poterit esse con-
formitas & unitas, si pastores ea repræ-
henderint & extenuabunt, quæ Aulæ &
gubernatores sacte & inuiolabiliter ob-
seruari uolent & præcipient.

Adiaph. sibi met non satis constāt nec
cōformes sunt, iā de conscientia querun-
tur, accusant præsentis mutationes di-
cunt esse tristem seruitutem, multas per-
turbationes Ecclesiæ, excitaturam, pios
languefacturam impios confirmatu-
ram: iam contra inde disciplinam, or-
dinem, conformitatem pacem mundi
& plane aurea sæcula pollicentur. Iam
negant se quicquam de istis mutationi-
bus scire, nihil se mutasse, iam mag-
nifice gloriantur, & plane triumphāt,
quod sua diuina sapientia sibi pacem
& tranquillitatem parent. Si igitur sibi
met conformes non sunt, quomodo
illi in orbe terrarum conformitatem
effici-

efficie-
nio sci-
consta-

N
diaph
gratia
uellent
Ecclesi
clesiæ,
scire, i
in Mis
missa p
& eius
cui alia
Impijs
um est

Q
forma
tichrist
nium
quidan
nomin
eiq; uer
testam
sentes r
seruiant
sed etia

efficient: lege eorum scripta hoc bien-
nio scripta, inuenies prorsus eos sibi nō
constare.

Nec tamen est uerum fieri istas A-
diaphoricas mutationes conformitatis
gratia, si enim conformitatem efficere
uellent, oporteret eos conformare alias
Ecclesias alicui optime ordinatæ Ec-
clesiæ, ut Vitebergensi. Cupiam autem
scire, in quam Christi Ecclesia usquā
in Misnia festum corporis Christi, aut
missa papistica, ut in Lypsico Interim,
& eius extracto restituitur, retenta est,
cui aliæ Ecclesiæ in his conformantur:
Impiis se conformare teste Paulo impi-
um est.

Quare non confirmitas, sed trans-
formatio Ecclesiæ Christi in ritus An-
tichristi paratur, suntq; dignissimi om-
nium piorum odio Adiaphoristæ, &
quidam aulici parasiti, qui præstigijs
nominum Ecclesiam Christi decipere,
eiq; uenenatam radicem saccaro con-
tectam obtrudere conantur. Igitur præ-
sentes mutationes, cum non solum nō
seruiant bono ordini & conformitati,
sed etiam efficiant tristissimas perturba-
tiones,

tionēs, confuſiones & difformitates Ec-
cleſiarum, nullo modo pro pijs adia-
phorishabendæ aut accipiendæ ſunt.
Haſtenus de duabus primis finalibus
cauſis, nempe ordine & Decentia dictū
eſt, iam de ædificatione dicetur.

Postremo non ſunt cauſa ædifica-
tionis, quia nec ordinem nec decentiam
habent. Et, ut aliquid haberent elegans,
id tamen ocioſum & inane eſt, ma-
giſq; ocioſorum & prophanorum ho-
minum pompas, auſas & theatra, quam
Ecclēſiam Ieſu Chriſti decet, ubi ſeria
quædam, grauis, ſalutarisq; decetia
quæritur.

Porro diſciplinam quam tandem
habent papistica Adiaphora? Nihil
profecto proferri poteſt, quin id longe
melius ſit in noſtris Eccleſijs.

Excommunicationem aliquanto
magis exercuerunt, quam noſtræ Ecclē-
ſiæ exercent, ſed non recte, ſumme enim
ea ad quæſtum, & ſtabiliendam ſuam
tyrannidem abuſi ſunt. Non enim eos
excōmunicarunt, qui impœnitētes erāt,
nec ullis priuatis admonitionibus a tur-
pi uita reduci poterant, quos homines
proprie

proprie
cis & pu
ſpiritu
buiſſen
dinum
uiguit,
eos exce
bus, ne
obedieb
uel in h
aut ipſo
bant. I
omniū
melius a
tate, tū
papiſtas
cura ſch
In
illud ſu
liſcunq;
ſtas q̄rit
tatur, &
laqueis
ducere a
ſeu eſſe p
abducer
ſimiles

proprie uult Christus haberi pro ethnici-
cis & publicanis: Seipsos enim aliqui
spirituales primū excommunicare de-
buisse, in quib⁹ omnis Lerna turpitu-
dinum, & omnigenum scelerum magis
uiguit, quam in ullis Sodomis. Tantū
eos excommunicabant, qui spirituali-
bus, non per omnia in iustis & iniustis
obediebant, q̄ eis debita non exolvebāt,
uel in humanas traditiones peccabant,
aut ipsos quoquo modo iniuria afficie-
bant. Iuuentus certe utriusq; sexus, quæ
omniū maxime disciplina eget, longe
melius apud nos instituitur, tum in pie-
tate, tū in literis, tū in moribus, q̄ apud
papistas, apud quos plane abiecta fuit
cura scholarum, & Catechismi.

In disciplina Ecclesiastica etiam
illud summe cauendum est, ne dū qua-
liscunq; externarum actionum hone-
stas q̄ritur, interea ipsa uera pietas euer-
tatur, & animi impiarum superstitionū
laqueis capiantur. Disciplina enim ad-
ducere ad Christum debet homines,
seu esse pedagoga ad Christum, & non
abducere, Vt Pharisei, Monachi, &
similes longe speciosiore habebant
externam

externam conuersationem, & ueluti
quandam disciplinæ speciem, quam
Christus cum suis Apostolis, & nostri
temporis etiam honestissimis homini-
bus: Sed idem habebant multiplices
impias ac superstitiosas opiniones in
animo, quod per illam suam externam
hypocrisin, magis quam disciplinam,
remissionem peccatorum, & æternam
salutem consequentur. Sic fortassis di-
ceret aliquis, in papatu enumerationem
omnium peccatorum profuisse ad ui-
tanda aliqua turpiora uitia, quod ea
non patrarint, ne cogerentur confiteri:
sed illa potius docuit flagitia, præter-
quam quod superstitio, & ille Satana
laqueus infinitos in infernum pertra-
xit. Quanquam ne id quidem fuit ue-
rum, delegerunt enim sibi tales confes-
sores, qui, cum similibus flagitijs essent
contaminati, non multum pudoris
incuriebant confitentibus.

Quare non tanti est facienda illa
hypocrisis externa, ut propterea animi
malis superstitionibus uinciendi sint,
Nam, ut dictum est, lex debet esse pæda-
gogus ad Christum & non a Christo.
Christus

Christus
sam illa
sanctita
uitia. C
trices pr
Illu
quin lo
maduer
habita
quam a
nihil nō
autē ibi
non lice
& ipfimi
uirorū u
teria abo
Ieiun
causa eff
aut pisce
corpora
quantita
dicitur a
iunium
nia papi
superstit
runt, eti
dem deli

Christus magis reprehendit superstitio-
sam illam Phariseorum disciplinam &
sanctitatem, quam manifesta peccatorū
uitia. Quare inquit, publicani & mer-
trices præcedēt uos in regno cœlorum.

Illud profecto negari non potest,
quin longe seuerius sit apud nos ani-
maduersum in libidines, & maior cura
habita iudiciorum matrimonialium
quam apud papistas. Papistici officiales
nihil nō dispensant pro pecunia: Quæ
autē ibi disciplina esse potest, ubi nihil
non licet, modo pecuniā afferas: Quin
& ipsimet summi spirituales honestorū
uirorū uxores & filias ad stupra & adul-
teria abducebant.

Ieiunia papistica itidem disciplinæ
causa esse non possunt, non enim caro
aut pisces frenant aut luxuriosa reddūt
corpora, sed in illis ipsis cibis nimia
quantitas, aut quæsitæ deliciæ. Vere
dicitur apud papistas, quod unum ie-
iunium tres helluationes requirat. Ieiun-
ia papistica, præterquam quod multas
superstitiosas opiniones secum adfe-
runt, etiā hoc efficiunt, ut diuites qui-
dem deliciētur, quærendo exquisita ci-

A a borum

borum genera, pauperes autem, quibus
alioqui male est, misere famæ crucien-
tur. Quod experientia notius est, quā
ut nostra probatione egeat.

Canones decretorum non seruari
per omnia a nobis in Ecclesiastica po-
litia, atq; ita dissolui Ecclesiasticam dis-
ciplinam aduersarij quidam querūtur.
Verum nostri Ecclesiarum ministri ha-
bent tres canones, qui, ut Deo grati
sunt, ita satis frenare eos ac cicurare que-
unt. Primus est paupertas, quæ eis tum
instrumenta uoluptatum, tum etiam
animum lasciuiendi subtrahit. Secun-
dus Canon est coniugium, id est, uxor
& liberi, qui, ut ille inquit, sunt mag-
na tyrannis uiro, quiq; etiam ferocem
animum mansuefacere possint. Habet
profecto coniugium ualde multa ho-
nestæ & sanctæ disciplinæ exercitia, ut
etiam Socrates dicebat se ab uxore pa-
tientiam discere. Videre est ubiq; eti-
am in uulgo, quam multo mitior &
mansuetior sit coniugatus, quam cæ-
lebs. Postremus canon sunt laboriosæ
functiones, q̄ tū labore frangūt hominē
tū ocium procul amouēt, quo sublato
peri-

periere
tres can
nostros
pistici c
etiam ip

No
assidua
ligentē
tum uer
morum
in matu
bum De
non inu
cherrim
adiunga
pia qua
cōmuni
i9 simile
illi alios
partim i

Ob
gelicæ li
tos arrip
quanqua
tari Eua
bolo, &
est, qui f

peri-

quibus
rucien-
est, quā

seruari
ica po-
am dis-
erūtur
stri ha-
o grati
re que-
eis tum
etiam
Secun-
st, uxor
t mag-
rocent
Habet
Ita ho-
tia, ut
re pa-
iq; eti-
tior &
m cœ-
oriosa
ominē
ublato
peri-

periere cupidinis arcus. Isti igitur soli
tres canones longe magis coercent
nostros spirituales, quam omnes illi pa-
pistici cum suis glossis papisticos, quod
etiam ipsa experientia testatur.

Nos habemus etiam Dei beneficio
assiduam prædicationem uerbi Dei, di-
ligentēq; pueritiæ Cathedresin, per quā
tum uera animi pietas, tum & externa
morum honestas, tam in tenera, quam
in matura ætate efficitur. Nam uer-
bum Dei, teste Esaia, est illa pluuia, quæ
non inutiliter cadit, sed agros pul-
cherrimis fructibus large fœcundat. Huc
adiungatur confessio nostra, quæ est
pia quædam exploratio fidei & uitæ
cōmunicantiū, & instructio eorūde, cu-
i simile nihil habet papistica, qd enim
illi alios instruerent, qui omnis pietatis
partim ignari, partim hostes.

Obijciunt papistæ nostram Euan-
gelicæ libertatis prædicationem mul-
tos arripuisse ad libertatem carnis. Id
quanquam uerum est, tamen non salu-
tari Euangelij prædicationi, sed Dia-
bolo, & impiorum malitiæ tribuendū
est, qui sēper omnibus optimis Dei crea-

A a 2

turis



turis pessime abutuntur, sic & Christi,
& Apostolorum tempore factum est,
quemadmodum & Paulus queritur.

Quod si quis putat multitudinem
papisticarum caeremoniarum posse le-
nire & mansuefacere animos, ei denuo
uidendum est, ne, ut supra dictum est,
dum disciplinam externam quaerit, ani-
mi pietatem euertat. Verissime enim
ab Augustino dicitur, in multitudine
caeremoniarum periclitatur fides. Ab-
strahitur enim mens a ueris pietatis capi-
tibus, ac a merito Christi ad illam externam
tam multiplicem caeremoniarum speciem.

Sed coarguitur etiam huiusmodi
opinio ab ipsa experientia, pulchre
enim dicit Erasmus in similibus:
Quod, quemadmodum de loci aere
iudicare solemus ex colore & ualetudi-
ne incolarum, ita spiritalium turpitude
indiget, quantum multitudo caeremonia-
rum ad honestatem ac pietatem faciat.

Nihil igitur necesse est, nos papi-
sticas Caeremonias disciplinae gratia
restituere, quia nihil plane aedificant,
destruunt uero multipliciter, ut postea
indicabitur, & non aedificant.

Quod

Quod non ædificent.

Non faciunt etiam ad ædificationem istæ nouæ ordinationes ideo, quia mutant pias uulgares cantilenas in latinas, amouent in uniuersum omnes a Luthero, alijsq; recens compositas, ac pro illis ueteres latinas substituunt, uoluntq; omnia latine in templo peragi, qua ipsa re non minimam partem cultus diuini, & exercitij pietatis tollunt. Latina, quæ pro uulgaribus substituuntur, ut pia sint, tamen non intelliguntur a uulgo, inanis sonitus sunt, nec plane quicquam ædificant, Nec piam, sed supersticiosam deuotionem non intellecta faciunt. Atqui ob hanc causam uult Paulus notis linguis apud Corinthios omnia in Ecclesia peragi, ut scilicet Ecclesia ædificetur, negat enim ædificari pios per non intellectum sermonem. Quare nouæ istæ cæremoniæ & cantilenarum immutationes, quas iam audio Grima compositas esse, aliqui in Lypico Interim mandata, nihil plane ad ædificationem faciunt, imo tollent & impediunt ædificationem.

nem. Non sunt igitur pla Adiaphora,
nec pie in Ecclesias recipi possunt.

Quod præsentiā Pseudadia-
phora Ecclesiam Christi multipli-
citer destruant.

HAtenus ostendimus non facere
ad aedificationem ista noua Adi-
aphora, iam Deo iuuante osten-
demus etiam destruere Ecclesiam Chri-
sti, idq; multipliciter. Primum igitur
destruunt, quia multitudo cæremoni-
arum tollit Christianam uitam & mo-
rum honestatem, ut in papatu experi-
entia docuit. Putabant enim homines
in papatu, quod, si mane tantum unam
missam audisset, probe officio Christi-
ani hominis perfuncti essent, reliquum
diei possent iam uel libidinibus, uel hel-
luationibus, uel, quibuscunq; uellēt fla-
gitijs, tribuere. Efficiunt, ut Christus in-
quit, irritum mandatum Dei propter
mandata hominū. Abstrahunt homi-
nes a mandatis Dei ad nugas & manda-
ta hominum. In papatu habebatur lō-
ge maius nefas comedere carnes die
ueneris, aut in quadragesima, q̄ scortari
aut proximum decipere. Hoc

Hoc sane in omnibus rebus ueris-
simum est, quod pluribus intentus, mi-
nor est ad singula sensus. Quare, quan-
to plures cæremoniæ cumulantur, ad
easq; mens humana distrahitur, tanto
minus intenti sunt homines mandatis
Dei: Præsertim cum cæremoniæ qui-
dem in oculos incurrât, & homines eas
admirentur, uera autem animi pietas,
& uerbum Dei nō perinde intelligatur,
adhæc etiam longe facilius sit cæremo-
nijs, externisq; gestib⁹ uacare, quam to-
to pectore mandatis diuinis parere.
Summa, efficiunt, ut homines labijs ho-
norent Deum, cor autem eorum pro-
cul sit, & frustra Deum mandatis ho-
minum colant.

Secundo destruunt ista noua Adi-
aphora, quia mutant pias uulgares lecti-
ones & cantilenas in latinas, omniaq;
in templo latine peragi uolunt, qua ra-
tione tum tollitur ædificatio, quæ ha-
beatur ex pijs lectionibus & cantilenis
in noto ac intellecto sermone, tum cer-
ta occasio superstitionibus & impietati
datur. Cum enim uulgus non intellex-
erit ea, quæ in templis leguntur & ca-
nuntur,

Aa 4

nuntur,

nuntur, putabit illa ex opere operato Deo placere. Certe aut ignota contemnet, aut trahet in superstitionem. Ac plane multiplices laqueos conscientijs injicient, ut in papatu factum est.

Olim orationes, Gloria in excelsis, Euangelium, Epistola, Symbolum, Præfatio & oratio Dominica in Ecclesiæ celebratione cœnæ Domini ædificationis gratia lecta & cantata sunt, idq; lingua Romana, quam tunc intelligebant. Hoc enim, quod iam missa dicitur, fuit olim totius Ecclesiæ publica actio, sicut sunt iam nostrarum Ecclesiarum publicæ actiones: Quod omnes partes eius testantur, ut orationes in numero plurali propositæ, quas sacerdos quidem recitavit, populus autem ardentibus votis ac fide consecutus est, adiecitq; Amen. Item admonitiones ad populū, Oremus, Dominus vobiscum, sursum corda. Item lectiones epistolarū & Euangeliorū, Item illæ tā crebræ cōversationes ad populum idem coarguunt.

Postea uero cum & Romani suam linguam cœperunt mutare, item ea forma publicarum cæremoniarum ad ali-

as gen-

as gen-
ta est
obscu-
illarum
ædifi-
se op-
placere
quibus
onem
putau-
tissim-
retur
q; ita
cerdo
sacris
Missæ
fuit, q-
N
se alio
doctri-
homi-
tet eni-
sua be-
nem u-
one n-
stolus
nem,

as gentes ignaras sermonis latini perla-
ta est, item Euangelium cœptum est
obscurari, quia non intellexerunt usum
illarum cātilenarum & lectionum esse
ædificationem Ecclesiæ, putauerunt es-
se op² quoddam, quod sua natura Deo
placeret. Atq; adiecto canone, alijsq;
quibusdam impijs ab Ecclesia eam acti-
onem ad solos Sacerdotes transtulerūt,
putaueruntq; esse quoddam longe gra-
tissimum Deo sacrificium, quod mere-
retur uiuis & mortuis omnia bona. At-
q; ita pro Christo unico & perpetuo sa-
cerdote, nouos sacerdotes, & pro unico
sacrificio Christi nouum sacrificium
Missæ substituerunt, quod quid aliud
fuit, quam Christum abnegare?

Nec est, quod adiaphoristæ dicant
se alicubi adscripsisse, oportere simul
doctrinam retineri, qua admoneantur
homines de usu cæremoniarum. Opor-
tet enim cæremonias tales condi, quæ
sua bonitate etiam iuuent prædicatio-
nem uerbi, & non quas sine intermissi-
one necesse sit uerbo Dei castigari. Apo-
stolus iubet omnia fieri ad ædificatio-
nem, non solas conciones. Verbo Dei

Aa 5

qui

quidē cæremoniæ regēdæ sunt, ne ædifi-
cationi obfint. Sed corruptelæ, quæ
perpetuo sine abrogatione tollerari de-
bent, nequaquā ferendæ sunt, eo quod
destructioni non ædificationi seruiant.
Item, cæremoniæ tales esse debent, in
quibus quam minimum detur occasi-
onis ullis abusibus, nescimus enim, quā
diu simus bonos Doctores habituri.
Imo, si ita perrexerint adiaphoristæ re-
formare Ecclesiam Christi, ut Torgæ
cœperunt, ut scilicet pro pijs & con-
stantib⁹ concionatoribus nobis Moros
& aulicos adulatores substituant, breui
nullum pium Doctorem in templis
habebimus.

Sed redeo ad destructionem, quæ
ex mutatione sermonis, & uulgarium
cantilenarum oritur. Paulus 1. Co-
rinth. 14. cum prauam Corinthiorum
consuetudinem ignotis linguis in tem-
plis utentium prolixè repræhendit, ad-
dit & hoc inter cætera in templo ea
agenda, quæ ædificant, ignotum autem
sermonem testatur non ædificare: Nec
sane mirum est non ædificare, ex audi-
tu enim teste Paulo fides est, non scili-
cet quo-

cer quouis auditu, sed eo, qui intelligi
possit. Si enim ignotus sit sermo, quo-
modo, inquit, alter dicet amen, si qui-
dem nescit, quid petieris? Quin imo,
si uel tuba teste Paulo ignotum sonum
in castris daret, quis se armaret? Multi-
plicia igitur damna affert sermonis no-
ti in Ecclesia in ignotum mutatio.

Primum damnum, tollit exerciti-
um pietatis & incrementa fidei, quam
multis enim pio grauiq; cantu cor ad
ueram pietatem inter canendum inci-
tatur, emolliturq; , quam in multis spi-
ritus sanctus excitatur, ut ad patrem pro
nobis gemat. Itaq; non sine causa Pau-
lus monet, ut nos mutuo confirmemus
Psalmis & Hymnis. Quare & Eliseus
uult spiritum suum per pias cantilenas
excitari, cum tribus regibus uult Dei
consilium patefacere.

Secundum, impedit publicas Ec-
clesiæ preces, quomodo enim ad
præeuntis sacerdotis preces Ecclesia di-
cet amen, cum eas non intelligat, ut
Paulus testatur? Quantum autem
seelus sit publicas Ecclesiæ preces
turbari, cum oratio fidei sit unicum
nostrum.

nostrum auxilium & telum, quo nos defendimus, facile est animaduvertere,

Tertium damnum, cantilenæ uulgares consuetudine in Ecclesia retentæ, memoriter ediscuntur a plerisque, qui sæpe eas in priuatis locis canunt: Qua ratione præsertim iuuenes & puellæ se a prauis cogitationibus abducunt, ad pietatem excitant, & Diabolum a se pellunt, ut in historia Saul legitur. Quin & multos in grauibz miserijs tales cantilenæ cogitatae consolantur.

Quartum, quoniam pulchro compendio doctrinam christianam complectuntur, ad hoc profunt, ut miseri homines sui christianismi doctrinam summam memoria contineant. Quæ de causa & Moses in Deuteronomio prolixam cantilenam docet filios Israel, ut sic memoria retineant, quæ sit uoluntas Dei, & uera doctrina: ob eandem rationem & multi Psalmi compositi sunt.

Quintum, Quam multis quæso impietatibus & superstitionibus occasionem præbebunt illæ ignotæ cantilenæ: Ea plane est ratio, homines igno-
ta aut

ta aut contemnunt, ut qui ea putent
nullius momenti esse, & ita in Epicure-
ismum degenerant, aut ea superstitiose
admirantur. Quare sic & in nostris Ec-
clesijs fiet (sicut & in papatu factum est)
ut aut contemnantur publicæ cæremo-
niæ nemoq; ad eas ueniat, aut falsæ eis
opinionēs cultuum & operis operati as-
suantur.

Sextum incommodum, quid aliud
facient iuuenes & puellæ in templo, do-
nec ociosi expectant concionē, nec can-
tu, cogitationeq; piarū cantilenarū oc-
cupātur, nisi ut se mutuo spectent, mul-
taq; parum pia cogitent: ut in papatu
factum est, omnibus certē ociosis tædi-
um quoddam obrepet pro eo, quod pi-
is cantilenis fuissent excitati, alacriusq;
uerbum Dei audiuiſſent.

Septimum, Efficiet ista oratio-
num, gratiarum actionum & cantile-
narum mutatio in ignotum sermo-
nē, ut homines labijs honorent Deum,
cor autē eorū procul sit. Quomodo ibi
esse cor potest, ubi, quid dicatur, nō in-
telligit. Et quidē talis labiorum & nō
cordis cultus totū papatum occupauit.
Porro

Porro de scandalo, quod sic pa-
pistas confirmabimus & nostros lan-
guefaciemus, nosq; ac nostram causam
condemnabimus, dum ea, pro qui-
bus tam diu tantas turbas mouimus,
tam turpiter abijcimus, nihil satis di-
ci potest, cum Christus testetur sati-
us esse omnia grauissima mala perpe-
ti, quam uel unicum pusillum scan-
dalizare.

Ingens & in eo est impietas, quod
eximia Spiritus sancti dona, tam pias
ædificationiq; aptissimas cantilenas tā
turpiter abijcimus, ac ueluti pedibus, in
contumeliam Dei, conculcamus.

Hinc considera, quæso te pie le-
ctor, quantum ex unica parte refor-
mationis nostrorum Adiaphoristarum
boni sequatur. Dominus erit & est
æternus Iudex, & repondet unicuiq; se-
cundum opera sua.

Tertio destruunt, quia, ut ipsimet
Adiaphoristæ adfirmant, tristi seruitu-
te Ecclesiam onerant: Atq; ita eam li-
bertate, qua a Christo donata est pri-
uant, neque enim per istas cæremonias
politica libertas tollitur, sed religionis.

Vbi

Vbi tri
& cultu
se læta
am ips
in cære
stianæ l
ra plan

Q
tissima
patus,
pui ner
ligioni
possi
perstio
pietates
tentia
super E
piditat
suas ab

No
plodere
mentis
ditores
supersti
restitu
instrum
poterun

Vbi tristis seruitus est in Cæremonijs
& cultu Dei, ibi certe non potest es-
se læta Christi libertas. Referunt eti-
am ipsimet Adiaphoristæ libertatem
in cæremonijs ad tertiū & quartū chri-
stianæ libertatis gradū. Quare Adiapho-
ra plane uiolant libertatē christianam.

Quarto destruunt, quia dant cer-
tissimam occasionem restitutioni pa-
patus, nam cæremoniæ sunt præci-
pui nerui papatus, & in eis summa re-
ligionis apud papistas collocatur. Nec
possibile erit, positis fundamentis su-
perstitionum, ipsas superstitiones & im-
pietates arcere, præsertim in tanta po-
tentia Episcoporum (quibus regimen
super Ecclesiam traditur) & furiosa cu-
piditate papistarum restituendi omnes
suas abominationes.

Nostri Doctores uix potuerunt ex-
plodere abusus abolitis abusum funda-
mentis: Imo nondum omnes suos au-
ditores illis innatis abominationibus &
superstitionibus liberarunt. Cum uero
restituentur illarum impietatū sedes &
instrumenta, multo minus eis resistere
poterunt. Non est dubiū, quin infiniti
post

post illas abominationes statim sint
scortaturi, ut scriptura sæpe de Israeli-
tis testatur, quod quam primum aliqua
idola aut idolatriarum fundamenta
uel occasiones restitutæ sūt, protinus
multi post eas scortati sint. Nihil enim
est læuius stulta multitudine, quæ uix
potest in officio retineri, cum omnes
occasiones impietatum cauentur, mul-
to uero minus retineri poterit, cum tam
multarum, ac nondum penitus ex ani-
mis omnium abolitarum impietatum
occasiones restituentur.

Ideoq; Deus ualde sollicite præci-
pit suo populo in ueteri testamento, ut
omnes occasiones idolatriarum tollant
cæremonias idolatriarum aboleant,
templa diruant, idola exurant, nihil
commercij cum ipsis idolatris habeant
&c. Quod si quis prædicatione uerbi
ueller & posset adiunctis abusibus re-
sistere, tum is plus offenderet papistas,
quam eos per receptionem illarum cæ-
remoniarum placauit. Adeo, ut, quo-
quo demum se adiaphoristæ uerterint,
nusquam sint inuenturi salutarem præ-
sentium mutationum exitum.

Pro-

Pro-
dunt o
& pios
gensiu
disiun
ut dist
possi
unitari
pernici
mis est
lisimu
monū
mistas,

Iu-
dum o
mini a
is papi
re faci
stros ab
locum
uibus
receptu
us, qu
cæremon
occasio
Iuu
papatu

Promouent etiam papatū, quia scin-
dunt concordia inter Ecclesias nostras,
& pios Doctores, q̄ Epistola Hambur-
gensium fieri & fore prædixit: Atq; ita
disiunctos nos imbecilliores efficiunt,
ut distracti a papistis facilius opprimi
possimus. Porro etsi semper turbatio
unitatis cū cuiusvis cœtus, tū Ecclesiæ,
perniciosa est, tamen hoc tēpore in pri-
mis est exitialis, cū alioqui hic imbecil-
lissimus cœtus a multis miriadibus dæ-
monū undiquaq; per Papistas, Interi-
mistas, Iudas, & alios impios infestetur.

Iuuant quoq; papatus restitutionē,
dum omnes pios, cordatos, & zelo Do-
mini ardentes uiros a ministerio istis su-
is papisticis reformationibus abhorre-
re faciunt: Atq; ita simul multos mini-
stros ab Ecclesijs in exiliū pellunt, sicq;
locum papisticis lupis, aut alioqui le-
uibus hominibus facillime papatum
recepturis dant. Nihil igitur est certi-
us, quam per præsentis papisticarum
cæremoniæ restitutiones summam
occasionem dari restituendo papatui.

Iuuant & alia ratione restitutionem
papatus præsentis mutationes, nem-
pe quod

B b

pe quod languefaciunt pios & auditores & Doctores, confirmant & armant papistas & homines epicureos in politis, qui sui alicuius commodi causa, aut fauoris apud impios consequendi gratia, in perniciem pietatis toti incumbunt, & impietatem Adiaphoristarum autoritate promouent. Sed de hac ultima ratione postea alicubi prolixius dicetur.

Quinto destruunt, quia tum ministros, tum ministerium, & totam nostram religionem ridiculam faciunt, ludibrio exponunt, eiq; fidem derogant apud uulgus, quod iusto odio papatus, eiusq; caeremoniarum a Doctoribus imbutum est. Quare ob partem aliquam indecentium & abominationibus pollutarum caeremoniarum, quas in templo suo spectare cogentur, omnes caeremonias & ritus Ecclesiae, totamq; religionem odio contemptuq; uulgi onerabunt. Iudicabit enim necessario uulgus summam esse leuitatem ministrorum Ecclesiae, quod iam abrogant caeremonias papisticas, easq; extreme uituperant, iam uero easdem restituant. Atq; haec etiam

etiam
hac in
superi
S
tiones
Episco
simu
lupos
immit
ros, Il
torem
Caesar
quenq
tra sed
est nec
si se fa
Se
per sua
hortar
retiner
Quod
mos qu
tes, fa
oportu
simas
lum re
Dei seu

etiam ad scandalum pertinent. Sed de
hac indecentia papisticorum rituum
superius dictum est.

Sexto destruunt praesentes ordina-
tiones, quia dant potestatem papisticis
Episcopis supra Ecclesiam, quos certis-
simum est non aedificaturos, sed ueluti
lupos fame rabidos aut ursos in ouile
immissos, omnia laceraturos & perditu-
ros. Illi nobis nullum pium conciona-
torem ordinabunt, imo facient, sicut eis
Caesarea cleri reformatio mandat, ne
quenquam ordinent, qui quicquam con-
tra sedem Romanam sentiat. Sed nihil
est necesse diuinare de eorum uoluntate, ip-
si se satis tunc factis tunc scriptis declarant.

Septimo destruunt Adiaphoristae
per sua adiaphora, quia non solum non
hortantur populum ad constantiam in
retinenda ueritate, eiusque confessione.
Quod tantos uiros omnino, ueluti sum-
mos quosdam duces in prima acie stan-
tes, facere ardentissime & grauissime
oportuisset: sed etiam per istas dulcis-
simas benedictiones soluunt popu-
lum religione, & liberant mandato
Dei seueriter praecipiente constantiam

Bb 2 in ue.

in ueritate eiusq; confessione. Ostendunt bene posse inueniri rationem, ut & Deo & ipsius hostibus satisfaciamus, nempe, si accipiamus ista pseudadiaphora.

Qua fenestra aperta, cum alioqui omnes simus proni a labore ad libidinem, a cruce ad quietem, & incolumitatem carnis, magno impetu illac ruit uulgius, nemo uult ultimus esse. Nec cogitant postea, quid & quatenus sit adiaphoron. Plane sicut, cum quis uel paruum foramen in aggeribus ualidis aquis oppositis aperit, tum uero tota aquarum moles eo inclinatur, uastum hiatus patefacit, & late ac longe campos ac rura deuastat.

Pulchre autem adiaphoristæ furioso huic uulgi impetui subseruiunt, nolunt enim specificare (ut in epistola Hamburgensi rogantur) quid quando & quatenus pie accipi posse putent. Negant se uelle cuiquam præscribere, quid facere aut omittere debeat, ipsi tantum suum *einseitiges bedencken* dicunt, per adiaphora Christum cum Belial conciliandum esse. Aperiunt igitur primum

mum a
seueris
tate ei
ostend
nec po
rori, u
ponun
quæda
ad pap
nia per
C
tam at
eum L
enim i
se Anti
conter
quare
salutis
liberat
cedere
do me
eis adi
existin
ritus &
tiocin
sensu
dunt

ostendi-
em, ut
amus,
adadia-
lioi
libidi-
olumi-
acruit
e. Nec
nus sit
uis uel
alidis
o tota
astum
cam-
e furi-
nt, no-
pistola
uando
nt. Ne-
e, quid
antum
icunt,
Belial
ur pri-
mum

num adiaphoristæ aggerem mandati
seuerissime constantiam in cœlesti ueri-
tate eiusq; confessione præcipientis, dū
ostendunt fenestram adiaphororum,
nec porro ullos cancellos illi uulgi fu-
rori, ueluti aquarum impetui, circum-
ponunt. Quare ueluti torrentium
quædam exundatio late ac longe ista
ad papatum inclinatio grassatur & om-
nia perdit,

Cogitat uulgus, Diabolus non est
tam ater, papatus non est tam malus, ut
eum Lutherus depinxit, alioqui certe
enim isti tanti uiri non conformarent
se Antichristo. Proinde si Lutherus fuit
contentiosior, fecitq; aliquid nimium,
quare nos pacis, tanti boni, & publicæ
salutis gratia non cederemus? Atq; ita
liberati religione & timore Dei, pergūt
cedere & concedere, ac omnia sine mo-
do mensuraq; immutare: Omnia sunt
eis adiaphora, omnia sibi deinde licere
existimant, accedit enim iam malus spi-
ritus & Dei contemptus. Quare ita ra-
tiocinando stultescunt, & in reprobum
sensem iusto Dei iudicio prorsus tra-
duntur.

Octauo destruunt, quia istis suis
frigidis, pessimisq; scriptis armant pa-
pistas & homines epicureos in piarum
Ecclesiarum politijs. Qui nusquam
non ostentant ea pijs & constantibus
Doctoribus cū hoc epiphonemate, uide
quid illi &c. num tu es eis doctior aut
sanctior? Atq; hac machina cōstat par-
tim oppugnatas, partim subrutas Eccle-
sias, tum in Germania tum in Vngaria.

Nunquam nostri Theologi duo
scribunt, quin papistæ & epicurei gu-
bernatores quatuor aut etiam octo in-
telligant. Verissimum enim est, quod
piæ memoriæ D. M. Luth. scribit, pa-
pistas nostras concessiones intelligere
large, largius, largissime, suas autem
strictè, strictius, strictissime. Id cum sci-
ant nostri theologi, tanto malo occasi-
onem dare non deberent.

Impij gubernatores alioqui totam
religionem contemnunt, ac, quo suos
porcos retinere possint, Christo se libe-
ratos cupiunt. Proinde, cum adiapho-
ristæ eis proponunt **Chorroch**/ statim
illi id telum arripiunt, ac uociferantur
tantum agi de ueste alba, uictisq; Apo-
stolis

stolis t
lutum
flagella
pinant

No
phoris
inerepa
stantes
duros,
manos
tibus n
tinacia
cum su
berent,
ant pic
licem,
fortes u
citare f
nachat
simis c
eos in c
adhort
& conf
fit, ut
partim
partim
rum u

stolis totum Christum ueste alba inuol-
lutum Romanæ cohorti illudendum,
flagellandum, crucifigendumq; pro-
pinant.

Nono destruunt, dum, quo adia-
phoris uiam aperiant, suis durissimis
increpationibus protelant omnes con-
stantes Doctores, uociferando eos esse
duros, horridos, incultos, stoicos inhu-
manos, & tales, qui publicis calamita-
tibus non afficiantur, qui alios sua per-
tinacia uelint inducere in calamitates,
cum suo tantum periculo confiteri de-
berent, qui sint causa schismatis, impedi-
ant piorum inuocationem, colent cu-
licem, & deuorent camelum, qui sint
fortes usq; ad ancillæ uocem, uelint ex-
citare seditionē, sint authores noui mo-
nachatus, & nescio quibus non acerbis-
simis conuitijs insectando, cum potius
eos in cruce iam pendentes sua paterna
adhortatione & consolatione animare
& confirmare deberent. Quare plerūq;
fit, ut etiam constantes concionatores,
partim periculis ab impijs circumuenti,
partim istis acerbissimis iaculis tanto-
rum uirorum protelati, inopes cōsilijs,

Bb 4

nesci

nesciant, quo se uertant, ac tandem impijs nihil non cedant.

Decimo uehementer destruit præsens conformatio & coniunctio Ecclesiarum, Doctorum & doctrinae Christi cum Ecclesijs, Doctoribus & doctrina Antichristi. Cum enim haecenus tantopere contenderimus, & utriusque alteros condemnauerimus, nostraque doctrina suae lucis claritate & ueritate omnibus in domo Domini praeluxerit, ostenderitque, quid Deo uel gratum uel ingratum sit, piū aut impium: Iam hanc lucem cum papistarum tenebris coniungere, & sub modio abscondere, quid aliud erit, quam solem hunc e mundo tollere, ut omnes plane ignorent, ubi firmum solum sit, ac pes poni possit, ubi uero fouea, & exitiale praecipitium sit? Quid aliud erit, quam sempiternus horror & confusio miserarumque conscientiarum tristissima perturbatio, Spiritus S. contristatio, & multarum animarum aeterna perditio?

Quod praesentes mutationes
multa scandala pariant.

Postre-

P
c
st
Faten
impi
pious
nem i
tristan
daliza
nibus
in sua
casior
Christ
mini
pijs S
tate l
tota
eouso
sunt,
Diab
E
cillat
ipsi m
gis pe
tes, qu
& tre
(qua

Postremo destruunt, quia multipli-
citer istis suis actionibus tum Papi-
stas, tum euangelicos scandalizant.
Fatentur ipsimet se per istas actiones
impios confirmare, ita ut triumphent,
pios uero languescere & in dubitatio-
nem inducere, piasq; eorum mentes cō-
tristare: Hoc quid aliud est, quam scan-
dalizare? Quid aliud agit Diabolus om-
nibus suis mille artibus, nisi ut impios
in sua impietate confirmet, detq; eis oc-
casionem de uera Ecclesia ac de ipso
Christo triumphandi, ac nomen S. Do-
mini blasphemandi & contra, ut in
ipsis Spiritum S. contristet, eos in pie-
tate languidos reddat, ac tandem de
tota doctrina dubitare faciat? Quos
eiusq; perducit, illi iam orare non pos-
sunt, quare abstracti a Deo in potestate
Diaboli sunt.

Efficiunt autem id primū suæ ua-
cillationis & timiditatis exemplo, quā
ipsi non negant. Quid enim potest ma-
gis perterrefacere & languescere mili-
tes, quam si uident duces ipsos trepidare
& tremere? Quare sua ista trepidatione
(quam per istam receptionem adia-

Bb 5

phoro

phororum papisticorum, quæ antea penitus abiecerunt, & toties recipere recusarunt, indicat) omnium piorum animos, quantumvis prius fortium, frangunt. Scitum est dictum Chabriæ Ducis, qui aiebat, se malle pugnare cum exercitu leonum duce ceruo, quam cum exercitu ceruorum duce leone.

Secundo efficiunt id, dum disputando sua adiaphora ex mœra timiditate instituta, tanquam ratione, pieq; suscepta tuentur. Turbantur enim illis disputationibus miseri homines, alioquin cruce, impiorum sophistica, & tentationibus Diaboli satis turbati, ut nesciant, quid sit uerū aut falsum, quid sequi aut fugere debeant. Vident enim eosdem illos iam incipere fucare, & pulcherrimis coloribus pingere papisticas abominationes, q̄ eas antea acerrime reprehenderant. Quare dubitant porro, cui credendum, aut non credendū sit, neq; enim potest miserum uulgus, præsertim in tentatione & cruce, dijudicare acuta argumenta. Magis eos ὁ ἡρόπος quam ὁ λόγος τῶ λέγοντος πείθει, eū autē eos, quos ipsi antea pietatis nomine mirati sunt,

tum di

tum dicere, tum agere contraria prius
actis & dictis uident, perplexi hærent, de
tota doctrina dubitare incipiunt, & tæ-
dio quodam indignationeq; correpti,
penitus ueritatem abijciunt.

Postremo scandalizant per istas acti-
ones pios, quia eos religione & timore
Dei liberant, ut superius dictum est. Ne-
mo non ex uulgo cogitat, siquidem illi
tanti Doctores, tantis donis ornati, pie
possunt aliqua Antithristo cadere, pa-
pisticas cæremonias recipere & ita con-
fessionem omittere, multo melius ego
Laicus indoctus id facere possum. Qua-
re nihil non optima conscientia (id est,
in epicureismum degenerante) accipi-
unt & accipient, donec penitus chara-
cterem bestię acceperint, eius imaginē
adorauerint, & se scorti Babiloni im-
mundicie contaminauerint.

Hic impudenter quidam epicurei
audent affirmare id esse scandalum ac-
ceptum, & non datū: Quod mendaci-
um coarguere perfacile est. Ponatur
igitur primum definitio dati scandali
ex locis communibus, postea explo-
rentur præsencia scandala, an ei defini-
tioni

tioni

tioni conueniant. Scandalum est aut
falsa doctrina, aut malum exemplum,
quod alijs nocet, uel quia licentiam in
ijs confirmat, uel quia alios ad imitati-
onem inuitat, uel quia deterret aliquos
ab Euangelio, uel quia præbet occasio-
nem maledicendi Christo & Ecclesiæ
Dei, uel quia ferit alia plura peccata.

Falsa iam doctrina proponitur, cū
articulus de sola fide abijcitur, & quæ-
runtur alia fraudulenta uerba, quo do-
ctrina Ecclesiæ Christi ad Episcoporum
Antichristi gustum attemperetur. Falsa
quoq; doctrina est, cum in capite de
pœnitentia nihil de fide dicitur. Falsa
doctrina & hæc est, quod liceat Christi-
anis, & præsertim summis Doctoribus
seruire temporari: In eo scilicet sensu, in
quo iam ab Adiaphoristis accipitur,
nempe quod rebus quidem secundis li-
ceat eis fortiter accusare papistas, horri-
bilibusq; fulminibus eos protelare, si
quis aliud Euangelium docuerit, ana-
thema sit, & omnes hortari ad summā
constantiam. Aduersis uero contra
blandiri eis, dicere se concordia cupi-
dissimos esse, se paratos esse ad ceden-
dum, &

dum &
stianos
dicere
nibus
latur co
pium h
P
quod t
piorum
Antich
dendo
cum in
totam
emplu
cet, qu
in om
tionem
entia ip
ret plu
ne, qu
firmare
umphe
mini. I
bitatio
bent, q
ant. D
uersari

dum & accusare acerbissime eos Chri-
stianos, qui uolunt esse constantiores, &
dicere oportere pacem habere cum om-
nibus. Per quam doctrinam plane tol-
litur confessio, quare necessario est im-
pium hoc dogma.

Pessimum etiam exemplum est,
quod tanti uiri, cum deberent in prima
piorum acie stantes fortissime contra
Antichristianos confitendo & defen-
dendo ueritatem pugnare, trepidant,
cum impijs, extremis hostibus Christi,
totam religionem conciliant. Hoc ex-
emplum omnibus prædictis modis nocet,
quia licentiam abnegandi ueritatē
in omnibus confirmat, quia ad imita-
tionem omnes Christianos (ut experi-
entia ipsa indicat) inuitat, quia deter-
ret plurimos papistas a nostra religio-
ne, quos Adiaphoristæ fatentur se con-
firmare in sua sententia: Inde fit, ut tri-
umphent & blasphemant nomen Do-
mini. Item cum languescant & in du-
bitationem inducant pios, causam præ-
bent, quare Epicurei & penitus impij fi-
ant. Denique quia, cum confirmant ad-
uersarios, ueluti telo eos armant, ut con-
tra nos

tra nos furiosius insaniant, & miseros
Christianos audacius iugulent.

Sed quid multis hic disputare est
neceſſe? uideamus unicum locum in lo-
cis Theologicis Philippi, ex quo clare
cognoscemus, num præſentia adiapho-
ra ſcandali cauſa ſint. Adſcribam au-
tem ipſum textum, ne calumnioſe eum
citare uidear: Poſtquam (inquit) do-
ctrina de ueris & falſis cultibus & de li-
bertate iam propoſita eſt, concedendū
eſt exempli cauſa, ut inutiles ritus abij-
ciantur. Nec pertinacia eorum laudanda
eſt, qui cum agnoſcant ueram do-
ctrinam eſſe, tamen acerbè flagitant
omnes ritus. Hæc pertinacia eſt multi-
plex ſcandalum, quia confirmat hoſtes
ueræ doctrinæ, & abducit imbecillio-
res in dubitationem, quia metuunt nō
probari uſum libertatis illis, qui doctri-
na uel autoritate antecellunt, & contri-
ſtatur Spiritus S, in imbecillioribus, cū
dolent ſe accuſari leuitatis.

Hic clare & uere affirmat Philippus,
quod retentio rituum papifticorum, eti-
am cum adeſt pura diuini uerbi prædi-
catio, pariat multiplex ſcandalum. Id
ſi ue-

ſi ueru
taliun
triplici
gens &
Adia
Porro
cit, ſa
gata a
ma qu
lum G
magis
la, in
finitæ

Q
tum h
& utili
propte
malor
trodue
iſta pr
bus pe
onem,
alia in
Ob ha
tias ita
tur, ut
uel eti

si uerum est, quanto magis restitutio
talium rituum grauissima & plane mul-
tiplicia scandala pariet: Quare uere in-
gens & multiplex scandalum praesentia
Adiaphora in Ecclesia Christi praebent.
Porro, si uerum est, quod Christus di-
cit, satius esse in profundum maris alli-
gata asinaria mola abijci, id est, tristissi-
ma quaeque perperam, quam unicum pusil-
lum Christi scandalizare: Multo igitur
magis uitanda essent praesentia scanda-
la, in quibus non unus pusillus, sed in-
finitae Ecclesiae scandalizantur.

Quare etiam si quae nunc non tan-
tum libera sua natura, uerum etiam pia
& utilia excogitari possent, tamen iam
propter tam multorum ac ingentium
malorum appendices in Ecclesiam in-
troducti non deberent, multo minus
ista praesentia pseudadiaphora, in qui-
bus perturbationem Ecclesiae, destructi-
onem, scandala, contumeliam Dei &
alia infinita mala inesse ostensum est.
Ob hasce enim impietatum circumsta-
ntias ita praesentia adiaphora immuta-
tur, ut, etiam si quae per se non mala,
uel etiam bona sint, tamen fiant extreme
impia;

impia: Sicut piū fuisse Elezarū 2. Machabeorum 6, comedere carnem de suis sacris, fuit enim ei diuinitus mandatum, sed tamen ob scandali & confessionis occasionem fuisse extreme impium. Cauebunt ergo omnes pii, si sapient, ne tantorum scandalorum, tantæq; iræ Dei sese participes faciant.

Quod per præsentia Pseudadiaphora Christus multis & insignibus contumelijs afficiatur.

HAtenus probauimus per Adiaphora multipliciter Ecclesiam Christi destrui & scandalizari, iam probabimus etiam Christum ipsum per ea multipliciter contumelia affici.

Afficitur autem Christus contumelia per præsentis Adiaphoricas mutationes, Primum, quia sponsa eius Ecclesia dedecoratur. Dedecoratur uero sponsa Christi, dum quasi uestimentis ac ornamentis Babilonij scorti induitur, dūq; ei per istas conformationes rituum

ruum tanquam socia uel potius uillis
seruula adiungitur, atq; ita in publico
ostentatur. Iam cogitemus obsecro, si
adhuc unciam sani cerebri habemus,
quod, quemadmodū nos iudicemus
nos ingenti ignominia affici, si nostra
sponsa sic insigni scorto adiūcta, eiusq;
uestibus ornata in publicum produce-
retur, ac ibi ostentaretur: Ita haud du-
bie longemagis Christus, tantus Do-
minus, iā ingenti ignominia afficitur,
dum eius sponsa tam turpiter dehone-
statur. Testatur enim scriptura Deum
summe Zelotypum esse. Sed quantope-
re papistici ritus Ecclesiam dedecorent,
superius prolixè dictum est.

Secundo, afficitur contumelia Chri-
stus, dum eius tam insigni aduersario,
nempe Antichristo imperium supra
Ecclesiam datur, cui aduersario suo ne
nos subijceremus, tā sollicitè in sacris li-
teris monuit. Dari autem imperium
Antichristo & eius Episcopis supra Ec-
clesiam notius est, tum ex Lypfico In-
terim, tum & ex alijs Adiphoricis In-
terim, quam ut me probare sit necesse.

Tertio, afficitur contumelia Chri-
stus,

Cc

stus,

stus, dum quoquo modo membra eius
contristantur, languefiunt, in dubitati-
onem inducuntur, & multiplici atro-
ciq; iniuria per præsentes actiones affici-
untur: Quæ enim ipsis fiunt, sibi fieri
Christus iudicat, iuxta illud, amen dico
uobis, quod uni minimo horû fecistis,
mihi fecistis, idq; cû etiã de corporali-
bus beneficijs & iniurijs dicat, multo cer-
te magis de spiritualibus uult intelligi.

Quarto insigni contumelia affici-
tur Deus iam, dum summi Doctores nō
confitentur manifeste, non consolantur
Ecclesias, nec ad constantiam ani-
mant: Cum tamen ideo solum tanta
lumina, ueluti soles quidam, diuinitus
accensa sint, ut eorum confessio & con-
stantia, tum uoce, tum scriptis declarata
(ut uiuente Luthero factum est) late ac
longe per orbem terrarum luceat, atq;
ita Pater cœlestis glorificetur.

Quinto afficitur ingenti contume-
lia Deus, dum summi Doctores, & tam
multæ Ecclesiæ non obscuram speciem
abnegationis præbent, sicut ipsi met fa-
tentur per præsentes actiones significari
inclinationem ad aduersarios. Et re-
uera

uera
festæ
ratio
rim
tus,
quæ
clesia
dem
xantu
periu
bono
S
ut di
listi, p
ne al
coga
tus in
uigin
ipsur
turi
facere
argua
mur
ere, n
ere, c
incur
mur

uera negari non potest esse genus thani-
festæ abnegationis in præsentibus mu-
tationibus, nam totum Lipsicum Inte-
rim sic scriptum est, ueluti si nostri cœ-
tus, tanquam apostaticæ & hæreticæ
quædam turbæ ad S. Romanam Ec-
clesiam retraherentur. Nusquam con-
demnatur Antichristus, nusquam ta-
xantur eius abominationes, imo ei im-
perium supra Ecclesiam Christi, tanq̃
bono pastori in ouili ouium, traditur.

Si quispiam alium ita compellaret,
ut diceret, tu mihi furto centum abstu-
listi, peto ea mihi a te bona pace restitu-
ne alia uiolentiora remedia adhibere
cogar: Ac ille alter de furto compella-
tus inciperet numerare iam decem, iam
uiginti, an non furti se astringeret, seq̃
ipsum condemnaret, ac speciem solu-
turi exhiberet: quocunq̃ id animo
faceret? Ita opinor. Sic, cum iam
arguamur corruptæ religionis, iubea-
mur eam in pristinum statum restitu-
ere, nosq̃ incipimus eam in *ijs* restitu-
ere, quæ maxime in oculos hominum
incurrunt, ut sunt ritus, an non uide-
mur nosmet condemnare: an nō uide-

C. c. 2 mur

mur' nostram religionem abnegare?
singamus tandem nobis somnia cogi-
tationum quantumvis speciosa.

Non solum nostros ritus, sed etiam
doctrinam attemperare & trāformare
ad uoluntatem aduersariorum, de qui-
bus tantopere hastenus uociferati su-
mus, Si quis aliud Euangelium prædi-
cauerit, anathema sit, an non est ma-
nifesta abnegationis species? Item,
quod metum & pericula tantopere ex-
aggerant, & ob ea non ædunt debitam
confessionem, aliosq; ab ea partim auo-
cant, partim deterrent, plane abnegati-
onem arguit.

Quid autem aliud omnino est rō
diōti & causa efficiens, qua Cæsarem si-
bi placare uolunt, nisi hæc ipsa, ut scili-
cet significant se iam discedere ab illa
pristina pertinacia in impia religione,
seq; iam Augustanam confessionem
abijcere? Quare adhibeant sane adia-
phoristæ omnes suas artes & sua sophis-
mata, non tamen hoc euincant, quod
præsentes mutationes non claram ab-
negationis speciem habeant.

Sed illi dicunt suum animum ne-
qua-

quaquam eum esse, quod uelint defice-
re a doctrina, sed uelle se sic aliquam-
diu simulare, & tempori seruire, ut ho-
stes Christi & Ecclesiæ sibi placent, ne si
forte irasci perrexerint cœlum ruat. In-
terea C. moriturum & sic se iterum abo-
lituros omnia ista adiaphora. O præ-
claram sapientiam, quæ ne in politica
quidem uita locum habere deberet, ne
dicam in Ecclesiâ, ubi totum & apertum
pectus Christus flagitat. Sic illi tum C.
tum Christum ludificant, C. quidem,
dum clam dicunt, se nequaquam ea ex
animo facere, quæ faciunt sed tantum
simulare, ut eum decipiant. Christum
uero ludificant, dum ea, quæ in corde
sentiunt, metu Tyrannorum confiteri
non uolunt, imo contraria simulant.

Ecclesia subinde habet aliquos Ty-
rannos, qui eam affligunt, ad quorum
religiones si se subinde uellet confor-
mare, nunquam confiteretur, nec quic-
quam esset Christiana religione insta-
bilis. Christus hoc ipsum summe fla-
gitat, ut, cum illi tanti paroxysmi perse-
cutionum ueniunt, Ecclesia eius sponsa
declaret, num pluris faciat eos sponsi

fui riuales, qui corpus interficiunt, aut
eum, qui etiam animam perdit, atq; ita
confitendo cœlestē patrem glorificet.

Hic refutanda est etiam illa falsis-
sima sententia, Torgæ concionatori-
bus proposita, quod confessio in adia-
phoris non consistat, nam certe per ser-
monem & externos gestus significatur
uoluntas, ut per imponere pauca grana
thuris in aram ethnicam, quod olim S.
martyres facere noluerunt, Item infle-
ctere corpus, quod olim tres pueri & S.
martyres facere recusarunt, Adiapho-
ron erat orare Danielē clausis aut aper-
tis fenestris, sed confessio postulat, ut
apertis oraret, quo indicaret se impio
regis mandato non parere, atq; ita suæ
constantiae exemplo alios quoq; ad
imitationem inuitaret.

Adiaphoron erat Corinthios ido-
lothytorum carnes comedere aut non,
ut ipsemet Paulus fatetur, sed tamē erat
contra confessionem, atq; ideo imbe-
cillos scandalizabat. Adiaphoron erat
grandæuum Sacerdotem Eleazarum
tempore Antiochi comedere carnes de
suis sacris, imo erat ei diuinitus manda-
tum, &

tum, & tamen, quia uidebat tunc significaturum abnegationem, potius se interfici patitur, quam carnes de suis sacris comedit.

Adiaphoron erat Christum lauare manus, imo habebat rationem ciuilem & naturalem, Ciuile enim est lotis manibus potius, quam sordidis mensam accedere, & habet præterea rationem naturalem. Nam ut habet regimen Salernitanū, lumina reddit acuta. Sed tamen Christus id facere non uult, ut traditiones Phariseorum euertat & non confirmet. Verissimum igitur est confiteri confessionem in adiaphoris, non enim uerbis tantum, sed etiam factis & gestibus externis confitemur & declaramus fidem cordis, neque a uerbis debent in confessione discrepare facta. Sed o impudentiam Adiaphoristarū, audent illi negare confessionem consistere in presentibus mutationibus olim fuit nefarium scelus uel tribus granis thuris suam defectionem indicare, iam totam Ecclesiam Christi transformare ad abominationes Antichristi nondū potest significare abnegationem.

Cc 4 Nec

Nec satis est, quod Adiaphoristæ sibi bonum propositum somniant in istis mutationibus. Vix enim quisquam unquam abnegavit Christum, quin apud semetipsum nescio quas plausibiles sui facti interpretationes fingeret, ut sic tum suam conscientiam, tum Deum deciperet. Nam oportet etiam respicere, quo animo nobis aduersarij talia proponant, item quo tum ipsi, tum & alij nostrum factum accipiant, quod clarissime ex 1. Cor. 10. probari potest, cum inquit, Quid igitur dico idolum aut idolothyton esse aliquid etc. quasi diceret, scio idolothyta comedere esse mere adiaphoron, sed oportet te respicere etiam, quid ipsi ethnici de suis sacris, & de tua comestione sentiant, item imbecilli fratres. Ob quas circumstantias spiritus S. eos de Dæmoniorum mensa participare affirmat.

Aduersarij totum suum cultum, uel certe præcipua capita suæ religionis in cæremonijs collocant, quas cum in nostris Ecclesijs in eorum gratiã restitimus, an non uidemur tum eis tum alijs eorum impijs cultibus assentiri? Nec dubitant

dubita-
tis reb-
quis co-
noscar-
esse co-

M
as, qui
nam
cum
non d
tus pa

S
Christi
ethnic
iunge
poner
aram,
pergi
tus: A
surrast
la face
mo u
Tyrann
an no
ita. S
rosq
pæ an

dubitant, quin, quandoquidem in tantis rebus ipsis cesserimus, etiam in reliquis cessuri simus, nostrum errorem agnoscamus, eorumque religionem ueram esse confiteamur.

Miserum uulgus aspicit caeremonias, quia illae incurrunt in oculos, doctrinam non perinde cernit: Eas igitur cum uidet transformari in papatum, non dubitat iam, quin Doctores penitus papatū probent, seque condemnent.

Si, cum Tyranni iuebant olim Christianos christianismum deserere & ethnicismum amplecti, ac insuper iniungebant eis aliqua adiaphora, ut imponere aliquot grana thuris in aliquam aram, flectere corpus alicubi, pati se aspergi aqua lustrali, aut aliquos alios ritus: Aliquot Christiani inter se consursurassent, se uelle tantum adiaphora illa facere, ne interficiantur, a christianismo uero nequaquam deficere: Atque ita Tyranni mandata de ritibus effecissent, an non uiderentur abnegasse plane ita. Sic cum nostri Adiaphoristae plerumque omnes ritus Interim, & ipsius Papae amplectantur, nec amplius reliqua

C c 5 clare

clare & cōstanter damnent, an nō uidē-
tur abnegare nostrā religionem, quan-
tumuis, nescio quas, interpretationes
sui facti ipsimet sibi somnient.

Illa uero leuior propemodum ca-
uillatiuncula est, quam quæ sit respon-
sione digna, quod dicunt istas mutati-
ones non fieri propter papistas, quia
nosmet confiteamur papistas istis non
fore contentos. Nam cum creditor pe-
tit 10, & debitor dat septem, non potest
debitor dici non exponere eam pecuni-
am in gratiam creditoris, facit enim,
ut eum placet, & creditor si non est
contentus ea summa pro toto, conten-
tus est pro parte. Sic etiam papistæ si
non sunt contenti Adiaphoristarum
mutatione pro toto, at certe pro parte.
Cogitant enim bonum esse nos ipsos
aliquatenus papatū restituere, se porro
adiutos hoc nostro bono principio (q̃
plærunq; difficilimū esse solet) facilius
& reliqua obtētuos ac mutatuos esse.
Sed quid multis opus est? ipsimet adi-
aphoristæ fatētur suas mutationes dem-
Interim gemesß sein: Porro de Interim
testatur eius præfatio, cōcordare ipsum
cum

cum pa-
rica ad
nostrā

Q
Ecclesi-
ne sunt
scura de
tam sua
fentent
ipsimet
confess
atur, an
ceptum
to turp
liam D
quod
eam fac
scelus e
um per

Po
singula
monias
tus, S.
tertium
dia con
ea insta

5 uidē,
, quan-
ationes
cum papatu. Ergo præsentēs adiapho-
rica actiones sunt restitutio papatus, &
nostræ religionis abnegatio.

Quare præsentēs transformationes
Ecclesiæ Christi in ritus Antichristi pla-
ne sunt genus abnegationis, & non ob-
scura defectio, etiam si adiaphoristæ to-
tam suam uitam in asserenda contraria
sententia absumerent. Quanquam &
ipsimet id fatentur, ut superius eorum
confessionem citauī. Hinc igitur uide-
atur, an sit in adiaphoris scandalum ac-
ceptum. Est autem hæc abnegatio tan-
to turpior, tantoq; magis in contume-
liam Dei, & perniciem ueritatis cadit,
quod tanti uiri ac integræ Ecclesiæ
eam faciunt, ac insuper nefarium hoc
scelus excusare, aliosq; ad hoc flagiti-
um pertrahere conantur.

Postremo afficiunt contumelia
singulari Spiritum S. restituendo cære-
monias & ritus Antichristi, quos Spiri-
tus, S. per D. Martinum Lutherum
tertium Eliam ineffabili Dei misericor-
dia condemnauit & aboleuit, qui enim
ea instaurât, quæ spiritus Sanctus destru-
xit,

xit,

xit, certe condemnant & contumelia
afficiunt Spi. S. Non potest sane quis
quam negare, uehementer obscurari
hoc ingens Dei beneficium instaurata
religionis per præsentes mutationes, &
papisticorum rituum instauraciones.

Proinde præsentes Belial & Christi
conciliationes plane multiplici ac mi-
nime uulgari contumelia Deum affici-
unt: Quod abominabile scelus, quam
ingens sit, ne Angelicæ quidem mentes
concipere possunt. Ecclesia, quam Chri-
stus suo sanguine redemit ad hoc, ut
glorificet patrem cœlestem, ac ad bona
opera condidit, quo suæ carnali tran-
quillitati consulat, Deum contumelia
afficit: datq; occasionem impijs (ut ip-
simec Adiaphoristæ fatentur) ut trium-
phent, & sic nimirum Filium Dei tum
ipsi tum pater ipsorum Diabolus blas-
phemet & contumelia afficiat.

Quod in præsentibus pseudadi-
aphoris multa sint sua na-
tura impia.

Probatum est hætenus præsentia
adiaphora non esse recipienda, q̃a
ratione.

ratione alicuius circumstantiæ sint im-
pia nec uel efficientes uel finales uero-
rum adiaphororum causas habeant.
Iam Christo iuuante probabitur multa
inter adiaphora simpliciter sua natura
esse prorsus impia.

Dictum quidem & probatum est
superius, præsentia adiaphora destruere
Ecclesiam Christi, scandalizare pios,
habere speciem abnegationis & multi-
pliciter contumelia afficere Deum, quæ
omnia ex sese plane sunt impia: Enu-
merabimus tamen adhuc in specie quæ-
dam pseudadiaphora, quæ itidem sua
natura impia sunt.

Primum simpliciter impium est,
quod Antichristo, eiusque episcopis cœ-
lestis ueritatis manifestis persecutoribus
regimen supra Ecclesiam Christi con-
ceditur. Scriptura enim expresse mādāt,
ut is, qui aliud Euangelium attulerit,
nobis anathema sit, ei que ne aue quidem
dicamus, quod si ei aue dixerimus, par-
ticipes nos ipsius sceleris facturos. Est
igitur clare contra mandatum Dei, An-
tichristi episcopis ullam potestatem su-
pra Ecclesiam Christi tribuere, qui, quæ-
les sint,

les sint, satis probe nouimus. Si enim
nullum nobis penitus commercium
cum ijs habere licet, multo minus no-
bis licebit Ecclesiam Christi eis ita tur-
piter subijcere.

Secundo plane impium est leges
de tollenda libertate Christiana Eccle-
siaq; in seruitutem Babilonicam redu-
cenda condere. Fatentur autem ipsimet
Adiaphoristæ præsentis mutationes
afferre duram seruitutem, sed tamen
propter uitandam persecutionem tole-
randam, quæ, si impietate careret, nec
Spiritus S. contristaret, dura pijs es-
se non posset, quantumuis molesta es-
set carni.

Tertio plane impium est, quod in
Lypfico Interim in articulo de pœni-
tentia de fide, prorsus siletur: Atq; ita
salutaris doctrina de pœnitentia, pro
qua tamdiu cum aduersarijs tamque
uehementer pugnauius, corrumpitur.
Item quod post absolutionem ponitur
uox ambigua ac late patens, was dem
anhangig ist / per quam non est dubi-
um, quin significetur Satisfactio, & in-
dulgentiæ, quæ plane sunt impia, per ea
enim

enim
las ua
ducu
est in
more
est q
usu
dicun
tem m
rum,
C
matio
dinat
cram
forma
quam
as, qu
earum
nant,
fieri d
Eccle
modi
nis, S
it, & l
ne im
Episco
ligam

enim a Christi unica satisfactione ad il-
las uanissimas nugas conscientiae ab-
ducuntur, & alioqui extrema impietas
est in doctrina de poenitentia fidem
more papistico omitti. Item, impium
est q̄ eodem capite, cū multa dicant de
usu communionis, nusquam tamen
dicunt fidem afferendam esse, statuen-
tem nos accipere remissionem peccato-
rum, quod itidem papisticum est.

Quarto impium est, quod confir-
mationem, extremam unctionem & or-
dinationem non obscure tanquam Sa-
cramenta restituant, eaq; ad priorem
formam aliquatenus retrahunt, nec us-
quam uel impias papisticas caeremoni-
as, quas inde amouere, uel pias, quas in
earum locum substituere uelint, nomi-
nant. Id quanquam singulari sapientia
fieri dicunt, tamen coram Deo proditae
Ecclesiae & uerae pietatis rei sunt, eius-
modi enim sapientia ac prudentia car-
nis, Spiritui S. repugnat, ueritatē obru-
it, & Ecclesias euertit. Quin & hoc pla-
ne impium est, quod gratiam Dei ad
Episcopale illam confirmationem ala-
ligant.

Quare,

Quare, prout iam est furor papistarum, haud dubie, quam primū Ecclesiæ adiaphora ista acceperint, episcopi suas ueteres abominationes istis ritibus annectent. Sic quoq; haud dubie sub uoce confessionis uolent suam confessionem intelligere, & sub uoce consecrationis suam consecrationem, nempe canonem, alioqui enim usitato uerbo usi fuissent, ut uerbis Cœnæ, & per festum Corporis Christi suum festum, neq; enim est in Lipsico Interim aliqua reprehensio abominationum coniunctarum adiuncta. Sunt & alia multa loca, tum in Lypfico Interim, tum in aliis nouis reformationibus, ubi occultæ impietates latent, quas ego quidem iam exactius persequi non uolo, ne uidear cum eis sophisticè agere. Verum episcopi, ubi semel Ecclesiæ ista adiaphora acceperint, abunde nobis illa mysteria reuelabunt, declarabunt & ampliabunt, ut iam aliqui faciunt.

Quinto, simpliciter impium est, præter communionem aliud opus instituere in cœna Domini, nusquam a Christo mandatum, ubi ludatur cum
Sacra-

Sacra
Dei. M
eius ex
diuerf
Mese
S
contra
quicq
bilon
cimus
in Scr
farijs
tam al
ret, au
bemur
P
in isti
fition
qua ta
Et eo
cere n
iustifi
Sic en
Celen
nicht
nem d
orum

Sacramento extra & contra uerbum
Dei. Nam & in Lypfico Interim, & in
eius extracto ista duo tanquam plane
diuerfa diuerfis nominibus nominatur
Mess vnd Communion.

SEXTO simpliciter impium est &
contra Christi mandatum, quod nos
quicquam in religione in gratiam Ba-
bilonij scorti & bestiae, quæ id gestat, fa-
cimus. Vult enim Christus nos ab istis
in Scriptura declaratis iam eius aduer-
sarijs, præsertim in religionis negotijs
tam abhorrere, quam ipse ab eis abhor-
ret, aut quam a Diabolo abhorrere de-
bemus.

Postremo plane impium est, quod
in istis nouis compositionibus propo-
sitionem Sola fide iustificamur, pro
qua tam diu pugnauimus, abijcimus:
Et eo rem reducimus, ut uideamur di-
cere nos præcipue quidem per Christum
iustificari, sed tamen etiam per opera.
Sic enim loquuntur expresse in quodā
Celsensi scripto, *Gleich als weren wir
nicht fürnemlich gerecht vnd ange-
nem durch Christum*/ quæ etiam ali-
orum scriptorū sententiæ summa esse
uidetur

D d

uidetur. Nā in Lipſico quoq; Interim
nuſquam eſt, nos ſola fide iuſtificari, &
ſunt interea multæ aliæ loquutiones,
non obſcure ad papifticam ſententiam
inclinantes.

Sed nolo prolixius de hac re cum
iſtis contendere. Volo probare magni
eos momenti res e noſtra religione pa-
piſtis donare: Quod haud dubie ſine
ingenti impietate fieri non poteſt. Ipſe
met Filius Dei teſtatur ſe ueniſſe in mū-
dum, & tam multa pati, ut ſcriptura im-
pleatur, nec uel unicum iota de ſcriptu-
ra periturum. Largiri igitur hominem
impijs multa de noſtra ueriſſima religi-
one, proculdubio cum ingenti impie-
tate coniunctum eſt. Sed iam loca ipſa
ex eorum ſcriptis citabo.

In primo bedencken ſunt hæc. Die/
ſes iſt mein einfeltiges bedenckē/dar/
in vmb gemeiner einigkeit willen viel
nach gegeben/vnd achte/andere wer/
den nicht ſo gelinde rathen. In ſcripto
Begenſi ſunt hæc, wir laſſen viel ſtrei-
tige / groſswichtige ſachen fürüber
gehen. Item in quadam epiſtola eſt, uo-
lens multa largior. Ex quibus omnibus
apparet

apparet Adiaphoristas ualde liberales
esse de alieno, ac multa magnaq; largiri
de religione Christi istis pertinacissimis
Dei hostibus, quod non potest non esse
impium. Sunt igitur præsentia adia-
phora non tantum ratione alicuius cir-
cumstantiæ impia, cuiusmodi pluraq;
omnia sunt, sed etiam nonnulla sim-
pliciter sua natura sunt impia, quæ,
quia diuinitus prohibita sunt, nullo
modo pie accipi possunt.

Hactenus duæ priores huius operis
partes expeditæ sunt. Prima, in qua, quæ
uera adiaphora sint, declaratur. Secun-
da, in qua probauimus præsentia adia-
phora nequaquam talia esse, nec pie ac-
cipi posse, quia neq; efficientes, nec fi-
nales piorum adiaphororum causas ha-

beant, quin potius contrarios effe-
ctus præstent, turbent, scanda-
lizent, destruant Ecclesiam &

Deum multipliciter contu-
melia afficiant: Ad hæc &
multa sua natura im-

pia sint.

D d 2

Tertia

TERTIA PARS, IN QVA
quædam argumenta Adíapho-
ristarum confutantur.

Reliqua est tertia huius scriptionis
pars, in qua necesse est argumenta
Adiaphoristarum confutare, qui-
bus illi suas adiaphoricas fraudes con-
tegere & ornare conantur. Quo labore
Christo iuuante absoluto, totum hoc
opus absoluerimus.

Sunt autem pleraq; eorum argu-
menta, ut de decentia, ordine, confor-
mitate, disciplina, scandalo accepto, &
alijs quibusdam in præcedentibus so-
luta, quare iam reliqua soluenda erunt.

Respondetur argumento, Ne
ueniant Romani & Cœ-
lum ruat.

Primum igitur dicamus de præci-
puo eorum argumento, quod re-
uera præcipuum & propemodum
unicum est, propter quod omnia faci-
unt. Verentur, ne ueniant Romani, &
tollant gentem & locum, id est, metu-
unt plus

unt plus homines quam Deum, eos qui
possunt tantum corpus interficere, quā
eum, qui potest corpus & animam in
æternū exitium abijcere. Ad hoc argu-
mentum quinque modis respondeo.

Primus. Non certo eis constat uen-
turum hostem, si sic Ecclesiam Christi
non turbauerint. Sunt passim adhuc
imbecilliores politia, quæ, cum non-
dum characterem bestia acceperint,
nondum tamen sunt a Diabolo deuo-
rata. Scimus etiam cum his annis 30.
tum & prioribus temporibus atque adeo
inde a condito orbe sæpissime accidisse,
ut istiusmodi prægrandes nubes hor-
ribilē tempestatem minantes leuissimo
uento a pusillo grege Christi abactæ
sint. Talem autem euentum petere & ex-
pectare fidei munus est.

Secundus. Non constat cuiquam
per Adiaphora posse impediri Tyran-
nos, ne sæuiant contra Ecclesias. Satan
& eius seruus mundus non potest pla-
cari leuibus quibusdam, ut isti ea appel-
lant. Nec habent quicquam promissi a
monarchis Adiaphoristæ, & ut habe-
rent, quantū eis fidendū sit, experientia

D d 3 omnes,

omnes, non sine magnis *διδάσκουσιν*, docuit & docet. Ego profecto propter omnes eorum promissiones nolim unicū Christi pusillum scandalizare.

Sed quid de potentum uoluntate diuinamus? Satis ipsimet se declarant tum factis tum scriptis, nempe quod uelint totum Interim ad uerbum feruari. Nisi quod tantus est hominū epicureismus, ut petulanter uelint decipi, miserrimūque esse pati aliquid pro Christo iudicent.

Adhuc parum est christianum, ne dicam Theologicum, credere quod offendendo Deum & placando homines pacem habere possimus. Nam Tyranni sunt tantum ueluti uirgæ quædam in manu Dei, teste ipso Deo apud Esaiam, quare manus & non uirga placanda esset. Offendi autem Deū his actionibus superius probatū est. Quod si possibile esset placare uirgam inuita manu, ne nos cederet, tum uero uerendū esset, ne manus abiecta uirga malleum arriperet, quo nos penitus comminueret.

Tertius modus. Longe satius esset teste Christo, pati, ut alligata mola asinaria in medium Albis ab Hispanis proijceretur.

proijce
Christi
magis
deberet
fit) C
Ecclesi
ficam
abijceretur

N
disced
ret ali
conci
utrum
cesse e
tur po
aliqui
uel fu
largie
deben
ut par
rito u
ratur
mi de
docte
næ m
quam
mi pr

proijceremur, quam unicum paruulum
Christi scandalizarem, multo uero
magis hæc & quæuis grauisima pati
deberemus, quam tam infinitis (ut iam
fit) Christi paruulis offēdiculū darem?
Ecclesiam Satanæ proderemus, & salui-
ficam confessionem ueritatis Christi
abijceremus.

Nec statim esset necesse pastorem
discedere a suo ouili, etiamsi non dona-
ret aliquot ouiculas lupis, Etiamsi alibi
concionatores nondum claudicant in
utrumq; latus, nondum tamen fuit ne-
cesse eos discedere a suis Ecclesijs. Patiā-
tur potius pastores una cum suis ouibus
aliquid a lupis, quam muti canes fiant,
uel fugiant, uel subinde aliquas oues
largiendo lupis eos placent. Cogitare
debent, sibi Christi oues commissas esse,
ut parētib⁹ liberi, magistratui ciues, ma-
rito uxor, & Christo Ecclesia. Huc refe-
ratur erudita disputatio nostri Ioachi-
mi de eligendo minori malo, qui pie &
docte probat omnia uel grauisima pœ-
næ mala minora esse, potiusq; eligenda,
quam leuissima culpæ. Constantiā ani-
mi præstare in persecutionibus Eccle-

D d 4 fia

fiæ præcipua pars est glorificationis Dei. Sed de Adiaphoristarum argumento, Ecclesia deferenda non est, dicam aliquid in fine solutionis huius argumenti.

Hic illi nobis ueluti Aiacis clypeum opponunt conseruationem scholæ Wittebergensis, quod ex ea re ingens commodum accedat Ecclesiæ & Reip: quæ conseruari non posset, si doctores constanter nostram religionem tuerentur, nec in ulla eius parte impijs cedere uellent. Ad quod respondeo, agnosce re quidem me ingens bonum esse scientiam tum in Ecclesia, tum in politica, sed tamen sic, si cum charitate & sancta constantia coniuncta sit, id est, si gloriæ Dei & utilitati proximi seruire parata sit, siq; ea, quæ semel uera esse cognouit constanter amplectitur, & uel cū summo periculo tuetur. Nam ea cognitio, quæ uel suis tantum commodis & ambitioni seruit, uel parata est in omnes species se uertere, ueritatemq; ad potentum cupiditates attemperare potius, quam se in extrema pericula projicere, diabolica sapientia est, omnibusq; modis Ecclesiæ perniciosa. Quin

Quin etiam scientia non cōiuncta
istis tantis malis, si modo coram Deo
stultescere non uult, neq; fide regi, sed
ipsa regere & imperare, tum totis Ec-
clesijs tum singulis hominibus pernici-
osa est. Quid enim aliud Petrum sub-
mergit, & nos hoc tempore submergit,
& multos homines in æternum exiti-
um immergit, quam, quod non uolu-
it, & nos non uolumus sola fide solum
Christum respicere, sed etiam simul
humana sapientia uentos, mare, & un-
das circumspēctamus? Hæc est illa ue-
teris Adami impia sapientia, quam
tantopere Lutherus insectabatur, quam
q; ipse pulcherrimum Diaboli scortum
(uerissimo nomine) appellabat.

Proinde ualde uerendum est, ne
nobis tales scholastici inde prodeant,
qui metu periculi aut etiam spe com-
modi fucare papisticos abusus & chri-
stianam religionem ad potentum cu-
piditates inflectere discant. Putabunt
sat scio multi me hoc prauo quodam
affectu loqui, Sed uereor, ne olim cum
magno animi dolore, & graui Eccle-
siæ dāno me uerissima loquutū experi-

D d s antur.

antur. Nec enim tantum doctrinam,
sed simul etiam mores & consilia præ-
ceptorum solem⁹ imbibere, naturamq;
eorum sequi. Adhæc & uoces plero-
rumq; tales audiuntur, ut dicant, Lu-
therum fuisse nimium uehementem,
peccare potuisse, fuisse hominem, ce-
dendum iam esse, & tempori seruien-
dam. *Ja warlich S. Georgs geist*
wird jzt das rechte mittel treffen.
Audio, etiam quendam magnum illic
Midam, nouum istum D. confiteor,
dicere solere, papistas nimium coluisse
diuam uirginem, fecisse enim ex ea de-
am, Lutherum uero nimis parum eam
honorasse, quarendum esse ergo medi-
um aliquod. Item quidam senex theo-
logus, cum de cuiusdam magnæ ciuita-
tis pastore ante paucos menses delibera-
retur, dixisse fertur, oportere eis mitte-
re talem aliquem, qui se inflectere sciat.
Id est, arundinem quouis uëto agitâtâ.
Proinde homines, qui pietatem nostrâ
inuiolatam ad posteros conseruatam
cupiunt, deberent in hoc incumbere, ut
in Ecclesijs Lutherani (ut ita loquar)
theologi, & nō Philosophici, id est, cō-
stantes educarentur, Vehem

V
& gra
nuper
aliqua
stanti
theolo
ex astr
anno
nullu
peritu
stante
onibu
& dis
rei spe
postea
metu
Christ
ita ha
clesiar
penitu
M
tum a
schola
nem a
extrem
am c
am c

Vehementer probo cuiusdam p[re]j
& grauissimi concionatoris dictum, qui
nuper affirmabat se cupere nos habere
aliquanto minus doctos & tanto con-
stantiores theologos. Nihil necesse est
theologum tantopere eruditum esse, ut
ex astris futura diuinet, ac dicat hoc 48.
anno erit eclypsis lunæ 22. Aprilis, inde
nullum est dubium C. mense Augusto
periturum. Quare nolumus interea cō-
stanter reclamare istis nouis reformati-
onibus, sed uolumus omnia simulare
& dissimulare, & aduersarijs nullius nō
rei spem facere, ut nos missos faciant,
postea cum ille perierit, tum nos, sine
metu ac periculo martyrij, constantes
Christi confessores esse poterimus. Atq[ue]
ita hac uere bacchantica hypothesi Ec-
clesiam Iesu Christi sic regere, ut eam
penitus euertant.

Melius profecto esset, non uno tan-
tum anno, sed multis nullam usquam
scholam esse, quam quod ita confessio-
nem abijciendo tum religionem nostrā
extreme labefactamus, tum & contrari-
am confirmamus. Adhæc & glori-
am cœlestis patris horribiliter uiola-
mus

mus, dum nimis obscure lucet lux nostra coram hominibus. Præclarum fuisset, & Christum sua auditoria, quæ sæpe tam frequentia habuit, retinere. Item Apostolos Hierosolimis suam scholam inconcussam seruare. Sed tamen maluerunt dissipari eam, quam in ulla parte impijs cedere, aut eorum traditiones confirmare.

Incolumitas scholæ Vittebergen-
sis nimis multarum Ecclesiarum ruina
constitit. Ideo enim tantum peperc-
runt eis aduersarij, ut suis scriptis & ua-
cillatione (quod fore facile tum ex ip-
sorum literis ad Carlouicium, Obern-
burgium & alios, item historia Pomer-
tun & ex colloquio animaduenterunt)
adiuarent alias Ecclesias labefactare, &
pios languescere. Idq; profecto illi
mutationes suadendo & passim pro-
mouendo diligenter fecerunt, nimirum
eo summo studio tendunt, ut C. M.
(sicut in Lipsico Interim de se profi-
tentur) animaduertat eos uelle etiam in
religione obediens esse, atq; ideo eos
non molester.

Adhæc potuisset & alibi Deus nos
& nos

& nos
modo
habuit
tenti &
mus:
dixi.

Ver
quin, t
hodie
fuisse
am de
nisi fu
ce anni
textit)
cumqu
promot
subdit
hoc no
logi fu
cōstan
prodij
te theo
mea ap

Ce
genes
earum
bem r

& nostrum auditorium colligere, si
modo commoda, quæ Vittebergæ
habuimus, deferere, minoribus esse con-
tenti & aliquamdiu exulare potuisse,
mus: quod ego sæpe summis coram
dixi.

Verum ego profecto non dubito,
quin, si constantius egissent theologi,
hodierna die schola Vittebergensis
fuiſſet firmior, quam est, nam, ut tace-
am de Dei benedictione (cui, si soli in-
nixi fuiffemus, protexiffet nos, sicut his-
ce annis 30. contra furorem mundi pro-
texit) neq; principes neq; episcopi cir-
cumquaq; ita temere suum papatum
promouere ausi fuiffent, tanta fuiffet
ſubditorum constantia. Quin etiam
hoc non dubito, quod, si nostri theo-
logi fuiffent constantes, omnesq; ad
cōſtantiā hortati fuiffent, Interim non
prodiffet. Interim natū est ex timidita-
te theologorū Vittebergenſiū, q̄ ego in
mea apologia ad ſcholā abunde pbauī.

Certe non tanti mille Vitteber-
genſes ſcholæ pijs eſſe debent, ut propter
earum incolumitatem uelint pati or-
bem terrarum Euangelij luce priuari,
quod

quod profecto iam magno impetu fit,
dum non solum non hortantur pios
ad constantiam, ut tantos uiros omni-
no facere oportuisset, sed etiam hortan-
tur, ut faciāt mutationes, ac Antichri-
sto cedant. Frangunt pios, confirmāt
impios, ut ipsimet fatentur, quod dum
agunt, manifeste non pro Ecclesia illa
schola stat, sed pro impijs. Quare, si ue-
ro zelo gloriæ Dei, salutis miserorum
hominum, & retinendæ puritatis in
nostra religione argumentum hoc ex-
pendatur, & non inani quadam priusq;
concepta opinione, inuenietur nihil eo
esse leuius & uanius.

Quartus. Sunt quædam tempora,
& quædam horæ potestatis tenebrarū,
ut ex tota Ecclesiæ historia apparet, quib-
us & Diabolo permittitur aliquantu-
lum liberius furere contra Ecclesiam,
& Christus uult suam Ecclesiam con-
stanter confitendo pati. Tales paro-
xismi, cum in his regionibus iam longo
tempore non fuerint, non dubito, quin
iā aduenerint. Video enim ubiq; bonos
pati & Christum quasi de industria su-
os istis humanis præsidijs spoliasse,
& ue-

& uel
probe
ter qu
de sic
maner
uir) p
quam
consta
at, & n
mihi i
Christ
talem
P
cum b
aliqua
Sed cū
optim
neno i
nos ar
ta relig
sicut &
tem fu
exper
magni
conter
nostra
mabit

& ueluti Satanæ cribrandos dedisse, ut
probet eos, & exploret, quam constan-
ter quisq; uelit ipsum confiteri. Proin-
de sic statuo, si quis in his regionibus
manens (præsertim in Ecclesia magnus
uir) possit iam inuenire rationem ali-
quam, qua & bonam conscientiam &
constantem confessionem retinere que-
at, & nihilominus crucem effugere, is
mihi ipso Dei filio sapientior fuerit: Nā
Christus, qui tamen nihil temere fecit,
talem sapientiam inuenire non potuit.

Postremus. Nobis iam non est res
cum bonis & modestis hominibus, qui
aliquantulum cedendo leniri queant:
Sed cū Dei hostibus, qui, ut natura sint
optimi, tamen ita sunt Diabolico ue-
neno infecti, ut extremo odio contra
nos ardeant, nec possint nisi abiecta to-
ta religione placari, & sunt Thrasydifi,
sicut & Diabolus pater eorum, sequen-
tem fugiunt cedenti instant, ut etiam
experientia nos docuit, nam Lutherum
magnificerunt & timuerunt, nos iam
contemnunt & conculcant. Quare ista
nostra trepidatio & celsio tantum ani-
mabit, & iam animat eos, ut plura ma-
ioraq;

ioraq; petant, hoc ego saepe coram Phi-
lippo, approbante eo, dixi: Quin & tri-
stis experientia nos hactenus edocere
posset, quam parum ista sapiens lenitas
Ecclesiae profit, quam pra dolore iam
commemorare non possum. Hactenus
de praecipuo, & ferme unico Adiapho-
ristarum argumento, Ne ueniant Ro-
mani, cui quidem, ut ego iudico, plus
satis hactenus responsum est. Eo uero
confutato iacent penitus Adiaphora.

De argumento, Ecclesia non est
deferenda.

Objiciunt subinde Adiaphoristae,
Ecclesiam non esse deferendam,
Sed quid sit Ecclesiam deferere
non satis exponunt, ludunt igitur nos,
ut solent, sophismate.

Deferere Ecclesiam non est ad tem-
pus propter aliquas iustas causas alicun-
de cedere. Sed est uel impiam doctri-
nam pertinaciter amplecti, qua ratione
quiuis Christianus Ecclesiam deferere
potest, uel uero cum Doctores fiunt
muti canes, suoq; debito patrocinio
Ecclesias destituunt, aut cum pacis a lu-
pis con-

pis co-
giunt
Christi
loco
ceden
occaf
clesia
& exil
tatis a
risaica
Quod
usq; su
doctri
me &
mur)
uero n
traditi
rum u
tum u
seruiss
illuc f
tatem
aliticis
fession
confir
alitical
pinger

pis consequendæ gratia aliquid eis lar-
giuntur, ad eorumq; rapinas conuiet.
Christus ex Nazareth uel aliquo alio
loco ob impiorum crudelitatem dis-
cedens, & cogitans quam primum per
occasionem reuerti, non deserit eam Ec-
clesiam, sed sua constanti confessione
& exilio eam ædificat, & in audita ueri-
tatis assertionem superstitionumq; Pha-
risaicarum damnatione confirmat.
Quod si, quo posset liberius tranquilli-
usq; suos cœtus congregare, uoluisset
doctrinam de iustificatione timidissi-
me & frigidissime, uel (ut iam loqui-
mur) modestissime docere, Phariseos
uero molliter tantum attingere, eorum
traditiones seruare, atq; ita manifestorum
ueritatis hostium gratiam ambire,
tum uero & Ecclesiam & ueritatem de-
seruisset. Sic Elias toties iam huc iam
illuc fugitans impiam Achabi crudeli-
tatem, non deserit suam Ecclesiam Ba-
aliticis lupis, sed eam sua constanti cō-
fessione & tristi exilio in uera sententia
confirmat. Quod si Elias uoluisset Ba-
aliticis aliquas cæremonias recipere, eas
pingere & excusare, Baalitis parcere &
Ec tantum

tantum in genere (ut Lyp. Theol. Epi-
stola ad cōcionatores Alb. Mar. habet)
abusus reprehendere, atq; ita tempori
seruire: quo hac sua modestia (ut iam
uocatur) regium furorem molliret, quo
sic, si non optimas, at aliquas saltem
Ecclesias haberet, tum uero ille & de-
seruisset & prodidisset Ecclesias Dei im-
pijs. Cogitassent enim pleriq; , en iste
summus uir in nostra Ecclesia uidetur
pacis gratia in utrumq; lat⁹ claudicare,
ne offenda regem, id mihi profecto,
qui nulla ex parte ei cōparandus sum,
multo magis licet. Quare ita langue-
facti celsissent & concessissent, Ne ha-
buisset Ezabel multos duos stoicos &
horridos sui regni turbatores, quorum
sanguinem funderet, sicut iam nostrū
solum non multos martyres fert,

Sic Paulus cādens Epheso ob im-
piorum sēuitiem, accogitans porro
Ephesios uel coram uoce per occasio-
nem, uel absens scripto confirmare, nō
deserit Ecclesiam, sed sua constanti con-
fessione & afflictione eam confirmat.
Verum si publicæ tranquillitatis gratia
Ephesiae Dianæ uestes, ritus, imagines
& ali-

& alia
cere,
stituen
tum u
fias a
tatē d
S
cedere
quid
causae
bus ut
factum
am, se
stanti
plici
hodie
cet &
corpo
consci
Sp
lus au
rat ou
affensa
ouis l
rem ia
& can
us acc

& alias ceremonias in Ecclesiam inducere, aut Pharisaicas obseruationes re-
stituere, & ad multa coniuere uoluisset,
tum uero & eam & alias infinitas Eccle-
sias a se edificatas, & plane tota posteri-
tate deseruisset, uel potius prodidisset.

Sic Athanasius toties malens dis-
cedere a sua Ecclesia quam Arrianis ali-
quid concedere, aut in compositione
causae, generalitatibus & ambiguitati-
bus uti (sicut iam in Lypfico Interim
factum est) non deserit suam Ecclesi-
am, sed eam sua oratione, scriptis, con-
stanti confessione, & tristi exilio, multi-
pliciq; sua cruce confirmat, & usq; in
hodiernam diem Ecclesiam Christi do-
cet & corroboret. Satius est fortunas,
corpora, & coet⁹ piorum turbari, quam
conscientias, & Spiritum Sanctum.

Spiritualis iste lupo, id est, Diabo-
lus aut falsus Doctor, non prius deuo-
rat ouem Christi, quam in animo ei
assensa est, facilius autem assentitur
ouis lupo, cum uidet proprium pasto-
rem iam facere amicitiam cum lupo,
& canes latrando eum non ampli-
us accusare, quam, si uidisset & Pa-
storem

storem & canes serio lupo resistentes
aliquid pati.

Verissimum igitur est, quod illi
Ecclesias deferunt, qui uel impia dog-
mata pertinaciter sequuntur, uel cum
possint, aut etiam ex officio debeant
serio lupis resistere, muti canes fiunt,
aut præ metu cum lupis pacem faciunt.
Qui uero lupis etiam aliquas fenestras
& ianuas aperiunt, ij ouile Domini pro-
dunt, etiam si omnes isti in medio gre-
gis Domini magnam casam haberent,
& nunquam inde recederent.

Econtra illi non deferunt Ecclesi-
am, sed Ecclesiæ adsunt, qui & pia dog-
mata sequuntur, & Ecclesiam ac religi-
onem tum orando, tum docendo, tum
exilium, paupertatem, ignominias, &
quæcunq; mala acciderint, patiendo,
tum & quacunq; alia ratione possunt,
defendunt, ab omnibusq; erroribus ac
errorum conspicuis occasionibus tuen-
tur, etiam si singulis annis ali-

quoties ab Ecclesia & ex
suis laribus usq; in me-
diâ Turciam in ex-
ilium pelle-
rentur.

Re

Resp
pte

I Am
non
se, si
ic obie
fession
um ch
torum
arum,
omnes
plum
perius
tiones
nes, ea
quod
stores
tione
etiam
tantop
unt &
Pseud
tum,
quæ D
præfer

Respondetur Argumento, Propter non necessaria pugnandum non esse.

Iam dicam de argumento, propter non necessaria pugnandum non esse, si modo necessaria retinemus. Huic obiectioni primum respondeo, confessionem esse necessariam cum omnium christianorum, tum in primis tantorum Doctorum & tantarum Ecclesiarum, idque præsertim hoc tempore, quo omnes in eos respiciunt, eorum exemplum imitaturi. Ostensum autem est superius præsentis adiaphorum mutationes plane esse quasdam abnegationes, easque tanto turpiores & nocetiores, quod eas integræ Ecclesiæ, & tanti Doctores cum ingenti damno & languescitione omnium piorum faciant. Necessario etiam amouenda ea sunt, quæ Ecclesiam tantopere, tamque multipliciter destruunt & scandalizant, ut superius de istis Pseudadiaphoris prolixius est declaratum. Necessario & ea tollenda sunt, quæ Deum contumelia afficiunt, sed præsentis mutationes Deum contume-

E e 3 lia af

lia afficere, superius uere probatum est,
Necesse est etiā corruptelis doctrinæ re-
pugnare, quas iā in istis nouis Interim
multiplices magnasq; esse superius clare
ostensum est: Proinde necessario ex Ec-
clesia remouendæ sunt. Quare plane de
necessarijs hoc tempore pugnatur, & nō
de iocularibus quibusdam, aut de alba
ueste, sicut Adiaphoristæ impudenter
sophisticantur.

Deinde quæro, quæ hæc audacia
est, quod homines ausint aliquid de Ec-
clesiæ thesauris sibi a filio Dei donatis
largiri hostibus Dei: Si quis ad Adia-
phoristas praudentes ueniret, ablatiq;
omnibus alijs ferculis & obsonijs dice-
ret, se eis necessaria ad uitam sustentan-
dam, nempe panē & potum, relinque-
re, quibus contenti esse deberent, & de
reliquis non magnopere contenderent:
Responderet ei, opinor cantharo in ca-
put proiecto, quis te huc Cacodæmon
adduxit, ut tu uelis mihi, quod tibi li-
bet auferre aut relinquere: Ego uolo
mihi mea relinquī, siue necessaria, siue
utilia, siue demum iucunda sint.

Ita si illi de suis rebus carnalibus se-
tiunt

tiunt, quare eodem modo etiam de spi-
ritualibus Ecclesiæ bonis non sentiūt.
Quo iure illi, ut cætera omittam, tan-
tū cantilenas uulgares Lutheri, ad om-
nem ædificationem profecto longe uti-
lissimas, ex Ecclesia remouent. Hæc &
eiusmodi dona a Filio Dei per Spiri-
tum S. suæ sponsæ Ecclesiæ donata nō
tam turpiter uentris & incertæ pacis gra-
tia prodere deberemus. Plane igitur
nullius momenti debet esse istud argu-
mentum (quod tantum de necessarijs
sit pugnandum) apud pios: Apud im-
pios enim epicureos merito plurimum
ualet, quia eis tota Religio quiddam
non necessarium esse uidetur.

Respondetur Argumento, in
Adiaphoris proximo ser-
uendum est.

Contendunt etiam Adiaphoristæ
in cæremonialibus seruiendum
esse proximo, accipiendas esse ali-
quas papisticas cæremonias, ut papistas
nostra lenitate, modestia, cæremonia-
rumq; similitudine ad nostram doctri-
nam inuitem⁹. Sic Paulū factū esse om-
nia om-

Ee 4

nia om-

nia omnibus, ut omnes Christo lucrifaceret, Nostra ista horriditate & ueluti inhumanitate, adhuc caeremoniarum dissimilitudine absterreri papistas a nostra doctrina.

Ad hoc respondemus, ut usitate & uerissime responderi solet, duplices esse homines a uera doctrina alienos, alios imbecillos quidem adhuc, dociles tamen & ueritatis cupidos, alios uero pertinaces & persecutores ueritatis. In gratiam pertinacium plane nihil cedendum & illi magis in suo furore confirmentur & aliquid de autoritate nostrae religionis decedat. Sed imbecilli tollerandi sunt, cauendumque est ne imprudenti libertatis Christianae usu eos offendamus, ac a nostra doctrina alienemus.

Sic Paulus omnia omnibus factus est, scilicet docilibus & non pertinacibus, ut omnes lucrifaceret Christo. Timotheum in gratiam piorum Iudeorum circumcidit, Titum in gratiam pseudoapostolorum circumcidere noluit, quin ne ad horam quidem eis cesset, ut ueritas incolumis remaneret. Petrus ue-

trus ue-

trus
tiam
los
zaba
epi
per
S
ror
aude
perie
am i
pho
adu
& u
Eco
& Sp
fian
ne fi
duca
ne d
bita
étrin
lant
ant,
quo
adh
qua
mo

trus uehementer peccabat, quod in gratiam pertinacium Iudæorum imbecillos & tamen dociles ethnicos scandalizabat. Ii, quib⁹ nos iā cedim⁹, Tyrāni & episcopi, sūt manifesti agnitæ ueritatis persecutores & nō imbecilles & dociles.

Sed me hercules uehementer demior Adiaphoristas hoc argumentum audere in medium adducere, cum & experientia clara uoce clamet, & ipsi etiam in suis scriptis fateantur, per Adiaphoricas mutationes adeo confirmari aduersarios, ut nusquam non iubilent & ueluti de parua uictoria triumphent. Econtra uero ideo pij extreme mœreant & Spiritus S. in ijs contristetur, languefiant ita, ut plane in nostra religione frigeant, in dubitationem adeo inducantur, ut iam de tota nostra religione dubitent, atq; ita debilitati & in dubitationem inducti, quouis uento doctrinæ facile in aliquos scopulos impellantur, nec amplius inuocare Deū queant. Proinde plane satis mirari nequeo, quod hoc argumentum Adiaphoristæ adhuc in medium adducere audeant, quasi ipsi per sua Adiaphora pie proximo seruiant. Ee s Ee

Est & alia quædam huius argumen-
ti interpretatio, quidam enim epicuri
de grege porci intelligunt, quod in cæ-
remonijs sint omnia simulanda & dis-
simulanda, ne pij propter Christum per-
sequutionem patiantur. Verum Paulus
loquitur non de corporis temporaria
salute, sed de animæ æterna, de scanda-
lo & ædificatione spiritualis hominis,
cui in Adiaphoris aliquando seruiendū
est. Sed quid cum istis ageres, qui om-
nia ad uentrem referunt: eiꝫ Deo soli
uictimas offerunt: Argumenta sum-
pta a disciplina, ordine, cōformitate &
unitate, quibus fucis istæ fraudes ornan-
tur, superius satis refutata sunt.

Hactenus Christo iuuante abunde
de Adiaphoris dictum est. Nam primū
ostendimus, quæ sint uera adiaphora, &
quod eorum causæ efficientes esse de-
beant mandatum Dei generale, libera
piaꝫ Ecclesiæ uoluntas & ministri, qui-
bus Ecclesia mandat. Causæ finales esse
debeant ordo, decentia & omnino ædi-
ficatio, non carnalis sed spiritualis.

Deinde ostendi præsentia Adiapho-
ra, quæ nunc Ecclesiæ Christi ab Adia-
phoristis

phoristis obtruduntur, neq; efficientes
neq; finales causas adiaphororū habere,
quin nec formalē aliqua. Causas effi-
cientes non habent, quia non accipiun-
tur secundum mandatū Dei, imo pro-
batum est instaurari iam ista Adiapho-
ra contra mandatū Dei. Item quia
non de uoluntate Ecclesiæ instauran-
tur, sed ei inuitæ per uim obtruduntur.
Idq; ab ijs personis, quas Spiritus S. iam
olim prædixit regnum Christi oppug-
naturas, utq; eis nō obtemperaremus se-
rio præmonuit, nepe a meretrice Babi-
lonia & bestia, in qua meretrix equitat.

Causas finales piorum Adiapho-
rorum non habent, imo contrarias ha-
bent, non tantum non seruiunt ordinī,
sed etiam turbant ordinem, non tan-
tum non condecorant Ecclesiam, sed
etiam dedecorant, non tantum non
ædificant, sed etiam destruunt uehe-
menter, ut in prioribus euidenter pro-
bauimus. Adhæc & contumelia Deum
non uno modo afficiunt.

Causam formalē quædam ex præ-
sentibus Adiaphoris non habent, quia,
ut ostensum est, aliqua sua natura sunt
impia,

impia, & seuerissime a Deo prohibita,
etiāsi nullæ præterea malæ circum-
stantiæ eis adiunctæ essent, Postremo &
omnia Adiaphoristarum argumenta
confutauimus. Demonstratum enim
est neq; metum tantum apud pios uale-
re debere, ut corporeæ securitatis gratia
aliud in religione, in gratiam Antichri-
sti & Tyrannorum mutare debeant.
Neq; moueri nos debere argumento,
quod de non necessarijs pugnandum
non sit, agi enim de longe grauisimis
rebus. Probatum itidem est non seruire
fraternæ charitati & ædificationi per
istās mutationes, sed destrui pios per
præsentes actiones plane uehementis-
sime.

Reliquum igitur est, ut agnita rei
ueritate constantissime ei adhæreamus,
quid enim notitia prodest, si eam con-
stanter sequi non uelis? Melior est uia-
tor, qui, cum uel mediocriter iter norit,
strenue pergit, quam alius, qui, ut opti-
me norit, tamen uel ob ignauiam, uel
ob timiditatem, aut etiam alias causas
institutum cursum non tenet, sed uel ia-
cet alicubi, uel etiam per deuia hac atq;
illæ

illac oberrat. Vt iam admodum parui
momenti sit quorundam eximia qui-
dem illa, sed tamen impotens scientia,
qui cum meliora uideant & nonnun-
quam etiam probent, tamen deteriora
ultro sequuntur, atq; adeo etiam alijs
suadent. Nec eos ignorantia ueri deci-
pit, sed timor, aut etiam alijs prauis affe-
ctus.

Vt uero agnitam ueritatem sequi
constanter possimus, opus erit nos uer-
bum Dei diligenter meditari, in quo il-
le tum pollicetur constantibus æternæ
uitæ præmia, tum inconstantibus æter-
na supplicia minatur, ut, Qui perseue-
rauerit usq; in finem, coronabitur: Qui
confessus fuerit me coram hominibus,
&c. Item, qui negauerit me coram ho-
minibus, negabo eum coram cœlesti
patre, &c. Similia in sacris literis extant
plurima.

In primis autem caueamus nobis
ab ista cogitatione, ne forte nobis sic
blandiamur, uolumus ad tempus cede-
re, donec C. moriatur, postea iterum
ad ueritatem redibimus. Horribiles
enim minæ talibus proponuntur, Amen
dico

dico uobis, non gustabunt de cibis meis. Item immittet eis Deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio.

Quibus minis & fidissimis cœlestis patris admonitionibus præmoniti discamus plus timere Deū, qui potest corpus & animam perdere, quā homines, qui tantum corpus, cū Deus eis permittit, interficiūt. Discamus satius esse omnia corporis mala perpeti, quam unicū pusillum Christi scandalizare.

Verum non tantū nos uerbo Dei instruamus, ut ipsimet simus constantes, sed etiam, ut tum alios fratres nostros confirmare, tum & inconstantiam suadentes fortiter oppugnare, ac τοῖς οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὴν εὐαγγελίᾳ in faciem resistere, & os obstruere, ut Paulus loquitur, possimus.

Longe profecto grauius peccant nostri Adiaphoristæ, quam olim Petrus Gal. 1. peccabat. Ipse enim tantum facto, idq; breui in gratiam pertinacium uacillabat, nostri id faciunt etiam docendo, idq; amplius annū. Petrus peccabat magis in cæremonialibus, sed nostri etiam doctrinam corrumpi in Lipsico

Interim

Interim patiuntur. In capite enim de
pœnitētia fides penitus omittitur, item
& in alijs articulis, quod alibi prolixè
ostensum est. Ipse non suadebat alijs, ut
similia faciant, nostri uehementer sua-
dent. Ille faciebat incogitantia qua-
dam & non metu crucis, nostri uero
(qui optimi ex eis sunt, nam Iudarum
alia est ratio) quæ faciunt, tantum me-
tu crucis faciunt, nec ignorantia ueri
peccant, quod priora scripta eorum te-
stantur. Petrus haud dubie habebat spi-
ritualem finem, nostri habent carnalē,
id est, incertam spem pacis. Petrus ad-
monitus resipuit, nostri defendunt su-
um factum, & admonentes nullius non
sceleris atq; adeo schismatis insinuat.
Petrus paucos quosdam scandalizauit,
nostri sua uacillatione impios quidem
confirmarunt & armarunt, pios uero
languefecerunt & debilitarunt & pla-
ne plurimas Ecclesias euerterunt. Idq;
hodierna adhuc die scientes serio facere
pergunt.

Proinde omnes pij, qui adhuc Chri-
stianam religionem incolumen esse cu-
piunt, plane in faciē Adiaphoristis resi-
stere

stere debent, unusquisq; suo loco. Nā
profecto non recta incedunt ad uerita-
tem Euangelij, uel potius perdunt &
produnt ueram religionem. Nec quic-
quam refert, quod sint magni uiri aut
bene meriti, etiā si essent Petri aut Pauli
aut angeli de cœlo, tamen ei resisten-
dum est. Idq; etiam tanto magis faci-
endum iam est, quanto maiores sunt,
tanto enim plus eorum istæ pessimæ
actiones obsunt.

Sed repetunt subinde Adiaphori-
stæ, quid igitur faciendū est, si in adi-
aphoris non est cedendum aduersarijs?
Quomodo eos placabimus? nam, si
non placauerimus, Ecclesiæ nostræ pe-
nitus euertetur, &c. Respondet Spiritus
S. Subditus esto Domino, obedias ei,
& expecta eum. Quoniam ostensum est
ex uerbo Dei ista præsentia adiaphora
multipliciter impia esse, & a Deo pro-
hiberi, ideo reiectis istis impietatibus,
subijciamus nos uoluntati diuinæ, pa-
rati ad obediendum ei in omnem euen-
tum, in quem nos nostraq; omnia De-
us perducere uolet. Expectemus tamen
simul Domini misericordiam eum ar-
denter

o. Nā
uerita-
unt &
c quic-
iri aut
Pauli
fisten-
s faci-
s sunt,
ssimā
phori-
n adi-
sarijs?
am, si
rā pe-
piritus
lias ei,
um est
phora
o pro-
tribus,
æ, pa-
n euen-
ia De-
amen
m ar-
lenter

denter implorando, & patienter cru-
cem nostram ferendo, etiamsi pericu-
lum sit, ne fractus illabatur orbis. Fiat
iustitia inquit Augustinus, & pereat
mundus. Non sunt, teste Paulo, facien-
da mala, ut ueniant bona.

Si propter nostram erga Deum
obedientiam damnum accipiet Euan-
gelium & Ecclesia, uiderit ipse Deus,
qui hanc nobis obedientiam præcepit.
Nos certe habebimus iustam apud ip-
sum excusationem. Veruntamen ipse
Deus nouit adhuc sine nobis mille ui-
as seruandi Euangelium & Ecclesiam,
nos modo nostrum faciamus officium
perseuerantes in obedientia, timore,
fide, confessione, inuocatione, pati-
entia, ipsiq; committamus gubernati-
onem mundi & Ecclesiæ. Lutherus
plane Christiane monet, inquit, No-
strum est confiteri, & non diuinare
bella futura. Deus est mirabilis in san-
ctis suis, ipse deducit ad inferos, & redu-
cit. Qui sua sapientia sine Deo uult sal-
uare animam suam, ille perdet, eam, &
qui propter Dominum paratus est per-
dere animā, saluabit eā. Projiciam⁹ igi-

Ff

turnos

tur nos in Dominū constanter confitē-
do & patiēdo, ipsi erit curæ de nobis.

Vt autem tum nos ipsi constantes
esse possimus, tum & suadentibus incli-
nationem resistere queamus, non satis
est nostra uoluntas aut uerbi diuini
cognitio, nam profecto illud animi ro-
bur, quod in talibus certaminibus a
Christiano homine requiritur, singula-
re Dei donum est. Quare toto pectore
inuocemus Patrem Domini nostri Ie-
su Christi, a quo omne bonum desur-
sum uenit, quiq; & uelle & perficere dat,
eumq; obsecremus, ut nos suo S.
Spiritu regat, & confirmet, ut &
cernere ea, quæ ad conseruationem
ueritatis faciunt & con-
stāter facere eadē, ad ipsi-
us gloriam, miserorūq;
hominum salutem
possimus. A-
MEN.



AD
ILL
am in
guft
cl

C
i
a
ta mil
da effe
hoc t
quoni
prolix
sona
præfer
lud m
cum p
Filiu
bent,
piscat
infant
alia te
tam ex

ADHORTATIO M. FL.
ILLYR: AD CONSTANTI-
am in agnita I: Christi religione & Au-
gustana confessione, Scripta ad Ec-
clesias Misnicas & alias uocis
Christi, unici optimiq;
pastoris audi-
trices.

CUm iam, homo nouus, apud uos
institurati Euangelij Iesu Christi
auditores uerba facere uelim, mul-
ta mihi haud dubie prius de me dicen-
da essent, ut causam sciretis, quare ego
hoc tempore uos alloquerer. Verum,
quoniam & breuitati studeo, & alibi
prolixius in ædito scripto de mea per-
sona dixi, totum hunc sermonem in
præsentiarum omittam. Ac tantum il-
lud monebo uos, ut, quoniam pij uni-
cum pastorem, unicumq; æterni patris
Filium, Dominum nostrum audire de-
bent, qui suos iam per pastores, iam per
piscatores, iam per publicanos, iam per
infantes & lactentes, iamq; per alia &
alia testacea uasa alloquitur, ut inq; non
tam externam speciem, personamq; im-

Ff 2 becilli

becilli homuncionis, quam ipsam uocem doctrinamq; , num unici præceptoris Christi sit, diligenter perpendatis.

Christiani enim hoc certo statuere debent, quod ea sit nostræ religionis firmitas, ut neq; , si quid Salomon in solio maiestatis suæ sedens impiū, idolatricumq; dixerit aut docuerit, propter personæ maiestatem impium falsumq; esse desinat. Neq; etiam, si quid latro in cruce pendens pium sanctumq; asseruerit, propter illam ignominiosam personam, locumq; , impiū Deoq; displicens fiet.

Quare nulla personarum habita ratione attendite modo, an uera, sacrisque literis solide firmata sint ea, quæ uel nos, uel alij dixerimus, uel uero falsa & impia. Si falsa & impia, nostræq; ueræ religioni contraria esse agnoueritis, tunc ea toto pectore detestemini & execremini, quantum uis ea magnus aliquis nomine, eruditionis, pietatis, &c. uel etiam Angelus de cœlo dixerit, contra si uera piaq; esse agnoueritis, tum ea serio, ac ex animo amplectamini, eti-

ni, et
protul

D.

cum u

cemb

cedent

ter co

gestus

uigiles

potuer

M. Fre

lieber

habe

risim

hac u

habt

Quid

denuo

grew

terribi

proru

ligen

absol

modo

solutu

um, r

repeti

ni, etiamsi uel piscator, uel olitor ea protulerit.

D. Gasparus Crucigerus anno 1548, cum ualde imbecillus esset, nocte 16 Decembris diem (qua & mortuus est) praecedente, inter dormiendum uehementer commouit corpus, & horribiles gestus uultu expresit. Qui aderant ei uigiles tentarunt eum excitare, sed non potuerunt. Sequenti die mane dixit M. Freschelio Diacono Vitebergensi. **O lieber M. Freschel/wie gewlich ding habe ich diese nacht gesehen. O charissime Frescheli quam horribilia nocte hac uidi. Quarente Freschelio, was habt ihr gesehen lieber herr Doctor? Quid uidistis D. Doctor? Respondit denuo, O ich mag nicht sagen / so gewlich war es. Nō libet dicere, adeo terribile erat. Instante Freschelio, tandē prorupit in has uoces. Ich sol nur wil/ligen/sols nur annemē/sie wollē mich absoluiern/Solūmodo assentirer, solūmodo id acciperem, ipsi me essent absolutori, Sed contradixi, testor Deum, me contradixisse. Hac aliquoties repetijt.**

Ff 3

Acci

Accidit autem id eodem tempore, quo alij boni uiri non bona dogmata, & Ecclesiæ Christi deformationes in monasterio Cellæ scriptitarūt. Cur hanc uel maxime memorandam narrationem præterierit ista de D. Crucigeri hominis Theologi morte habita oratio Philosophica, non uideo sane, nisi quod cerno, omnia Adiphoristarum iam composita esse ad demulcendas aures, ciendamq; eruditionis eorum admirationem. Atq; ideo odiosam illam nimiumq; stoicam & asperam Christi ueritatem quam longissime fugere.

Hanc eius uisionem non dubito sic intelligendam esse, quod cum hoc triennio iam præterito tota Ecclesia Satanae cribranda tradita sit, alijq; collegæ tunc Cellam ad scribenda Noua Interim uocati, in ipso iam opere occupati erant (Nam inde potissimum ista noua legislatio progressa est) ad ipsum quoq; maximus ille Satan, omnium diabolorum, & impij mundi huius Princeps, cuius Antichristus est uicarius, cum sui Antichristi abominati-

minati
eis aff
as Ant
matur
menta
stifica
res par
absolu
retur n

tentat
in ern
uo sæ
disce
bene
non u
teresse
nemo
sit: Q
hic m
interf

Se
iam a
non t
culis,
fasq;
prom

minationibus uenerit, hortatus sit, ut
eis assentiretur, reciperet caremoni-
as Antichristi: Adinuaret restituere pri-
matum eius, Missam, septem Sacra-
menta, & corruptelas doctrinæ de iu-
stificatione, fide & pœnitentia: Esse
res paruas, mera Adiaphora, facile eum
absolutionem acquisiturum, assenti-
retur modo illis dogmatibus.

Verum illum Dominus & in illa
tentatione confirmauit, & ne porro
in errorem abduceretur, ex hoc pra-
uo sæculo abstulit, sicut & Philippus
discedens Cellam eum consolatus est:
bene cum eo agi, quod discedat hinc
non uulnerata conscientia, se cogi in-
teresse istis deliberationibus, quibus
nemo bona conscientia interesse pos-
sit: Quem me uerissime dicere & nihil
hic mentiri sciunt ij, qui ei consolationi
interfuerunt.

Sed illud quidem tunc uerum fuit,
iam alia est rerum naturæ ratio, nunc
non tantum interesse talibus conuenti-
culis, sed & scribere mutationū leges, ip-
sasque mutationes minis astutisque ubiq;
promouere non tantum bona consci-

entia, sed & plane pie sancteq; possumus.

Sed ad rem. Vidit optimus ille uir horribilem praesentium Christi & Belial conciliationum picturam, & haud dubie ueram. Quam si nos quoq; oculis mentis uerae, ut ipse eam uidit, omnesq; in extrema die uidebimus, cernere possemus, iramq; Dei istis plus homines, quam Deum timentibus Adiaphoristis & Interimistis imminentem perpenderemus, nam nos aliquanto magis a praesentibus uerae pietatis corruptelis abhorreremus.

Verum enimvero despiciant Epicuræi, Interimistæ & Adiaphoristæ iraminalq; Dei, omnia parua, & mera Adiaphora iudicent, donec eos poena diuina obruat. Ego, quoniam ipsis, qui semel statuerunt, se uelle adorando imaginem bestiae, placandoq; Babyloniam meretricem crucem fugere, constantiam frustra suaderem, monebo tantum uos oues Christi, quæ in Misnia & alibi estis, ut summo studio uitetis lupos papisticos, Interimisticos & Adiaphoristicos, & omnes in uniuersū mutationes

ones
sti re
mini
missi
ma.
hacte
Chri
rissin
euid
fitem
fugiu
iudic
cetun
orum
dens
agon
cifer
sedu
staru
S
ficer
rere,
nem
tam
nou
intru

ones istius agnitæ, probatæq; CHRI-
sti religionis serio fugiatis, & deteste-
mini.

Huius sententiæ facile multæ fir-
missimæ rationes afferri possunt. Pri-
ma. Certum est, eam religionem, quam
hactenus habuimus, esse ueram Iesu
Christi pietatem. Id scimus omnes cla-
rissimis testimonijs scripturæ hactenus
euentissimè probatum esse. Id con-
fidentur ipsimet papistæ, dum lucem
fugiunt, ac, ne religio nostra in libero
iudicio toties promissi concilij dijudi-
cetur, summe cauent. Id multorum pi-
orum nostra doctrina institutorum ar-
dens inuocatio etiam in ipso extremo
agone clare testatur. Idem tam diu uo-
ciferati sunt omnes isti Adiaphoristici
seductores, qui iam se ad foelicius papi-
starum latus nauis inclinant.

Scimus etiam Satanam millearti-
ficem cū suis papistis nihil magis quæ-
rere, quam nostræ religionis corruptio-
nem. Quare igitur sumus in tanta re-
tam negligentes, ut patiamur nobis
noua dogmata proponi, ac in templis
intrudi? Quare non manemus in ag-
nita

nita receptaq; Christi ueritate: Profe-
cto non sanæ mentis, sed epicurei furo-
ris est, scienter pati ueram religionem
sibi corrumpi, & in Antichristianismū
transformari.

Secunda, Manifestissimum est esse
multa in istis nouis mutationibus, par-
tim per se suaq; natura, partim circum-
stantiarum ratione impia. Circum-
stantiarum ratione sunt omnia impia,
primum, quia omnes prorsus istæ mu-
tationes languesciunt pios, & in du-
bitationem inducunt, confirmant
impios, quod idem plane est, ac scan-
dalizare: Fieri autem id tum Philip-
pus in quodam scripto de Adiaphoris
tum experientia, tum omnium pio-
rum iudicium, tum & uerbum Dei te-
statur.

Si igitur Christus iudicat tantum
scelus esse unicum pusillum scandaliza-
re, ut satius sit alligata asinaria mola
in profundum maris abijci, quanto
maius peccatum iam per præsentis
mutationes Misnicarum Ecclesiarum
patratur, per quas non unicus pusillus,
sed orbis terrarum propemodum scan-
dalizatur.

dalizatur. Ingens profecto hoc scandalum crimen est. multaq; de eo pie ac grauitur dici possent, sed breuitati studio. Et qui adeo iam fortis epicureus factus est, ut hisce non moueatur, ille ne pluribus quidem moueretur.

Deinde sunt impia, quia hoc plane nullo modo negari potest, praesentes mutationes rituum nostrae religionis in papisticos significare defectum & abnegationem, quod & Philippus fatetur in suo scripto de Adiaphoribus, cum affirmat significare inclinationem ad aduersarios. Cui enim quaeso id dubium esse potest? Obsecro, cum nos papistarum, quos tam diu tam serio usq; in ima tartara condemnauimus, non tantum omnes caeremonias, sed etiam quosdam praecipuos articulos recipimus, impijsq; episcopis supra Ecclesias nostras (quod certe in Lypsiaco Interim fit) imperium gubernationemq; damus, an non manifeste a nostra pristina religione ad impium sceleratumq; Papae Antichristianismum ac turpiter deficimus?

Quid

Quid autem obsecro aliud omnino est, quo Adiaphoristæ monarchas placare uolunt. nisi quod eis talem quādam suæ religionis speciem exhibere uolunt, tanquam a pristino errore discesserint, Augustanamq; confessionem abiecerint. & iam ipsorum Interim, papatumq; amplexi sint? Quare & in suo Lypsico Interim dicunt Theologi, se uelle sic in religione gerere, ut omnes cognoscant, se esse Cæsari obediētes, Quam autem quæso obediētiā requirit Cæsar in religione, nisi ut nostrā doctrinam abijciamus, & papismum eius accipiamus?

Olim in primitiua Ecclesia fuit ingens scelus uel unico gestu, aut unico thuris grano significare suam ad impios inclinationem. At iam significare ueritatis desertionem, totius religionis Christi in abominationes Antichristi transformatione, sapientum Adiaphoristarum iudicio non tantum non est peccatum, sed etiam est laudabile factū. O prorsus corruptum, & in Epicureismum degenerans iudicium.

Adhæc impiæ & sceleratæ sunt
istæ

istæ
genti
Euar
men
bene
Anti
Dei f
stræ r
P
in on
re, u
stant
trem
alijs t
ut &
Turc
Chri
falsu
nund
terim
dam
eader
sibi t
uentu
gion
ut ip
tame

istæ mutationes, quia fiunt cum ingenti contumelia nominis diuini, & Euangelij CHRISTI. Plane uehementer obscuratur istud ingens Dei beneficium instaurati Euangelij, istaq; Antichristi ex templo Christi digito Dei facta eiectio, per istas præsentis nostræ religionis corruptelas.

Præterea, cum omnes deberemus sic in omnibus nostris actionibus nos gerere, ut uidentes homines nostram constantiam & confessionem cœlestem patrem glorificarent, iam nos ita cum in alijs tū imprimis in religione gerimus, ut & Iudæi & Papistæ & dubio procul Turcæ nos & nostrum Euangelium, & Christum derideant, tanq̃ haud dubie falsum. Ante annum cum Lypsia ante nundinas conuentus de isto nouo Interim agebatur, narrantur Iudæi quidam Christianos mercatores, qui in eadem domo erant, perconctati, quid sibi tam crebri eorum de religione conuentus uellent: an dubitarét de sua religione? Se quidē Iudæos esse homines, ut ipsi quidem existimant, impios, sed tamen certe potius, quam uelint pati, sibi

sibi aliquid in sua religione mutari, uel
minimum, malle se crudelissime tru-
cidari. Sic igitur nos patrem nostrum
coelestem nostra constanti confessione
iā honoramus, ut & papistæ & Iudæi, &
omnes impij nos, nostramq; religio-
nem conspuant & detestentur.

Quin & inter nos ipsos multi imbe-
cilliores iam dubitant, an eis uerum
uel falsum euangelium annunciaueri-
mus. Deniq; & ea circumstantia fa-
cit præsentes actiones impias, quod ma-
nifestum est, eas parare aditum omni-
bus papisticis impietatibus erroribus,
& idolatrijs hactenus nostra Ecclesia
pulsis. Sed de hac re postea dicetur.

Porro per se impia multa in istis
mutationibus esse, alicubi prolixius
probauimus, iam quædam tantum bre-
uiter repetemus. Simpliciter igitur
impium est, quod in Lypsico Interim,
& alijs adiaphoristicis scriptis articulus
Iustificationis corrumpitur. Abijci-
unt enim Adiaphoristæ disertis uerbis
propositionem, Sola Fide iustificamur.
Item dicunt, opera ad iustificationem
esse necessaria. Non ponunt totam no-
stram

stram
tia.
telæ d
bus, &
fessio
giam
putat

I
nam
cum p
iam cl
Abie
tentia
ponit
Lege
uenies
strina
differ
mini
fide, S
q; cor
& con

I
co In
starū
cusat
tia so

stram iustitiam in Solius Christi iusti-
tia. Quæ sunt manifestissime corrup-
telæ doctrinæ de Iustificatione, operi-
bus, & Fide. Hoc est plane contra con-
fessionem Augustanam, & eius apolo-
giam, in qua prolixè de Sola fide dis-
putatur.

Impium etiam est, quod doctri-
nam de pœnitentia, quæ & necessaria
cum primis est, & ingenti Dei beneficio
iam clare pieq; illustrata, corrumpunt.
Abiecta enim nostra diuisione Pœni-
tentia in Contritionem & Fidem, re-
ponitur in Lypfico Interim papistica.
Lege illud caput de pœnitentia, non in-
uenies ibi fidem usquam: Sic & in do-
ctrina de Communione, cum multis
differât de ijs, quæ in adeûda cœna Do-
mini cogitanda sunt, nusquâ dicunt de
fide. Sic fit & in excerpto eius. Hæ quo-
q; corruptelæ manifeste cû uerbo Dei,
& confessione Augustana pugnant.

Impium etiam est, quod in Lyp-
co Interim non obscure septem papi-
starû sacramenta restituantur: Nec ex-
cusat impietatem, quod fallendi gra-
tia sophisticis quibusdâ, generalibusq;
nomi-

nominibus eam palliant. Hoc itidem pugnat cum Augustana confessione.

Impium est, quod Missa abolita restituitur, uulgaresq; cantilenæ, præsertim in Lypfico Interim, ferme prorsus abolentur, pugnat & hoc cum Augustana confessione.

Impium est, quod Episcopis datur Dominiū supra Ecclesias, quodq; Antichristus in templo Christi collocatur, & ita iubentur obseruari audiriq; Episcopi Antichristi, qui, ut confessio inquit, nobis anathema esse debet: Pugnat igitur & hoc cum Augustana confessione. Impium est, quod doctrinam dæmoniorum de prohibitione ciborū restituunt, quanquam sophismate quodam lenitam. Impium quoq; est, quod alios papisticos ritus restituunt. Recte inquit confessio Augustana, oportet abycere non solum abusus, sed etiam ipsos ritus, ne uitiosi cultus confirmentur.

Multa igitur simpliciter, suaq; natura impia & directe cum uerbo Dei, & Augustana confessione pugnantis in istis nouis reformationibus continentur.

Hacten-

H
explic
fugien
religio
omnia
sint, a
uero p
T
fugien
mutat
amitti
casio
papatu
fit, Pri
is, incit
dentib
do no
prorsus
Te
consta
de tori
is obsta
prate
tenden
papatu
aut tim
ant, aut

dem
e.
ta re-
refer-
orlus
ugu-
atur
An-
atur,
Epif-
o in-
Pug-
con-
nam
porū
quo-
uod
ecte
ortet
iam
en-
na-
i, &
i in
en-
cte-
Hactenus secunda & præcipua ratio
explicata est, cur præsentēs mutationes
fugiendæ sint, ac constanter in accepta
religione perseverandum: Quia scilicet
omnia in istis mutationibus impia
sint, alia ob circumstantias aliquas, alia
uero per se, suaq; natura.

Tertia Ratio, cur mutationes istæ
fugiendæ sint, hæc est, quod per istas
mutationes non retinetur religio, sed
amittitur, daturq; tantum multiplex oc-
casio maioribus mutationibus, toti-
q; papatui reuehendo: Multis id modis
fit, Primum augetur animus aduersari-
is, incitanturq; , ut iam nobis ueluti ce-
dentibus fugientibusq; instent. Secun-
do nostrorum animus frangitur, &
prorsus emollitur.

Tertio pessuntur propterea aliqui
constantes Doctores, qui, cū uideant agi
de totius religionis corruptela, principi-
is obstare conantur, atq; ideo pulchro
prætextu, tanquam de rebus paruis con-
tendentes eijciuntur. Quibus expulsis
papatūs iam est acceptus: Nam reliqui
aut timidi sunt, ut resistere non aude-
ant, aut etiam mali, ut nolint. Cum pro

G g pjs,

pijs, doctis, grauibus & constantibus
Doctoribus impij, leues & indocti sub-
stituuntur, ut Torgæ factum est, iam to-
tus papatus est receptus. Nam Morus &
similes Adiaphoristæ, Misnensesq; Ca-
nonici tandem, si minæ & magna præ-
mia proponuntur, etiam papatū, ac ip-
sum Alchoranum accipient.

Postremo ipsæ cæremoniæ, quæ in-
traduntur, sunt maxima papatus pars,
sunt enim fundamenta & sedes ac nerui
superstitionum & impietatum papisti-
carum. Sed non tantum cæremoniæ, ri-
tusq; papistici restituantur, uerum eti-
am gubernatio & imperium impijs
Episcopis supra Ecclesiam traditur.
Quin & præcipua dogmata de fide &
iustificatione & pœnitentia corrum-
puntur. His omnibus præparatio-
nibus mature adhibitis, quis dubitat,
quin, cum postea Sydonius, aliq; Pa-
pistici Sycophantæ, lupi & ursi in nos
irruent, facillime sint nos prorsus op-
pressuri, & totum Papatum intrusuri.

Sunt igitur Adiaphoristici dæ-
mones nihil aliud, nisi præcursores
quidam illius magni Sathanæ, qui
totius

totius
prote
tes fra
tur, r
neo
renuis
impa
nem f
ma ac
facit f
prima
dem
lignu
Si
mista
anteri
tande
lones
Cone
re no
Interi
de alb
quenc
seq; ac
abduc
one m
bus m

torius Antichristianismi Dominus & protector est. Sape mecum præsentes fraudes, quæ ueræ pietati struuntur, perpendens animaduerto, eas cuneo simillimas esse, qui prima parte tenuissimus est, nec uidetur in lignum impactus magnam ligni disruptionem facere, sed tamen quantumuis prima acies sit tenuis, nihilominus aditum facit sequenti crassicie, ita, ut cum illa prima pars recepta sit, necessario tandem & sequentia recipiantur, donec lignum penitus discindatur.

Sic præsens iste Papistarum Interimistarum, & Adiaphoristarum cuneus antè subinde magis acuitur, adeo ut tandem Morus & similes Mori Nebulones tantum lineam uestem petant. Conenturq; Adiaphoristæ persuadere non agi prorsus iam in istis nouis Interim de maiori re, quam tantum de alba ueste, propter quam negant quenquam bona conscientia resistere, seq; ac totam regionem in discrimen abducere debere. Seducunt ea ratione multos, ut putent plane præsentibus mutationibus, tanq̃ rebus leuissi-

Gg 2 mis, &

mis, & prorsus innocuis, imo etiam salutaribus, repugnandum non esse.

Prima igitur istius exitialis cunei acies est, tantum *Horrore*, alba uestis aut etiam eiection aliquorum constantium concionatorum. Secunda iam aliquanto crassior pars, est excerptum *Lypfici Interim*, Medietas eius, iamq; bene crassa pars est *Lypficum Interim*. Porro ultima pars, seu basis, est *Augustanū Interim*, & tot⁹ papatus, Ita tota ista pestis est unica satanæ machina, qua uera pietas, Ecclesiaq; perditur.

Talem esse præsentium mutationū deformationumq; rationem nemo est iam, qui non coram uidet, & propemodum manibus palpat. Id etiam ipsimet *Adiaphoristæ* cōfite^rur. Quid enim aliud est, q; in *Epistola ad Hamburgenses Vitebergēses Theologi* fatentur, gubernatores hoc tantū agere, ut umbrā disciplinæ in speciem nō ipsam disciplinā restituant, utq; ea ratione inclinatioⁿe faciāt ad omnes abusus Antichristi. Itē, q; toties scripserūt, post istas mutationes sequuturas miserabiles Ecclesiarū perturbationes, quibus dare occasione

fit ma-

fit ma-
nium
pretat
nes fir
Miss
tur. It

Io
nator
usq; m
nusqu
tantū
tophe
dunt
quæ,
pedire
cum I
porro
obedi
rim a
totun
ista d
in per
S
& ind
sciant
in ta
glige

fit magnum scelus. Idem indicat som-
nium Philippi de fenestris, eiusq; inter-
pretatio, quod omnes præsentes actio-
nes sint quædã fucata species, per quam
Missa papistica, totusq; papat⁹ restitua-
tur. Itẽ iudiciũ eius de animo Aulæ M.

Idem arguit & illud, quod guber-
natores nusquam uolunt indicare, quo-
usq; mutationes istæ progredi debeant,
nusquam omnino ullã metã præfigere,
tantũ subinde plura ac plura ab Achi-
tophelibus petuntur. Nusquam inci-
dunt in isto cuneo ullam asperitatem,
quæ, quo minus totus infingeretur, im-
pedire possit. Excerptum dicit Lipsi-
cum Interim iam conclusum esse. Illud
porro dicit se uelle Cæsari in religione
obedire, Cæsar dicit, se iubere, ut Inte-
rim accipiamus, quod ipse secundum
totum papatum intelligi uult. Ita tota
ista diabolica machina, & iste cuneus
in perniciem Ecclesiæ cohæret.

Sic se iam rem habere, quanq̃ docti
& indocti, Doctores & auditores probe
sciant, tamen, Deus bone, quam alij sint
in tanto periculo somnolenti & ne-
gligentes, alij uero etiam contra con-

Gg 3 scien

scientiam sibi inde ordinem, discipli-
nam, conformitatem, pacem uentris ac
mundi, & nescio quæ non plane diuina
bona pollicentur.

Aliquanto ante Cellensia comitia,
anno 48. D. Gaitz erat plane inimicus
mutationibus, suadebat constantiam,
aliquoties enim de ea re cum eo loque-
bar. Ac, cum indicarem me aliquid
monitorium mittere uelle ad istum
præsentem præpositum Misnensem,
dicebat recte facies, plenus enim est re-
formationum. Quoties, aiebat, mihi
cum eo contentio fuit de alba ueste:
coemebat mei germanici scripti, quod
nihil sit mutandum, tunc recens aditi
exemplaria, ut in comitijs Cellæ distri-
bueret. Paucis diebus postea reuersus
ex illa præclara diæta, rectius scilicet
edoctus, in publica lectione coepit de-
clamitare, accipienda certe esse Adia-
phora, necessarium esse ordinem, non
posse etiam unicam domum sine certo
ordine regi.

O auarissime Iudas, quorsum te
transuersum ista omnium malorum
radix auaritia abripuit, ut iam nostras

Eccle-

Eccle
nō ol
ro lau
Sed e
aliqu
Io
Adia
cœcit
dam
ad su
sugs
tuere
ti alit
or, d
confi
Qua
mitta
confi
re, cū
pretar
S
finger
excus
omni
se, q
sunt,
ciunt

Ecclesias turbati ordinis & disciplinæ
nō obscure damnes, Antichristianos ue
ro laudes? & adhuc uis innocēs uideri?
Sed ego te, Deo iuuāte, nact⁹ occasionē
aliquāto meliorib⁹ colorib⁹ depingā.

Idem possem dicere & de aliorum
Adiaphoristarum prorsus uoluntaria
cœcitate. Vidi nuper Dresnensis cuius-
dam adiaphoristæ excusationem, Hallā
ad suos scriptam, qui acceptionē *Auss-
zug* excusat. Negat se papatum resti-
tuere, & alias quidem partes eius scrip-
ti aliter excusat. Cum uenit ad confite-
or, dicit, Nos non dicimus impium
confiteor, sed aliquem pium psalmum.
Quasi uero ei *Ausszug* liberum per-
mittat, ut dicat aliquem psalmum pro
confiteor, nec cogetur id integre serua-
re, cū semel acceperit, sed licebit ei inter-
pretari eius decreta, & mutare, ut uolet.

Sic iste Misnensis Canonicus, Pfe-
fingerus 14. decembris pro concione
excusans suum *Ausszug* declamitauit,
omnia ea esse Adiaphora, seruariq; pos-
se, quæ nec mandata nec prohibita
sunt, & tamen ad ædificationem fa-
ciunt, si modo ad id conscientia non

alligentur. Pro exemplo adduxit, ut si in Baptismo admonerentur susceptores, ut, si forte parentes pueri præmaturre obirent, ipsi infantem de Christianismo erudirent, & educare adiuuarent. Recte hæc quidem dicuntur, uerum simul ostenderet, ubi quicquam tale in Lipfico Interim, aut eius excerpto extaret. Ostendat Lipficum Interim ad ædificationem facere, & nihil ei inesse, quod destruat.

Sic interpretatur, qualis debeat esse ipsorum confirmatio, dicit, examinentur pueri de uerbo Dei, & cum idonei sunt, communicent. Quasi uero iste Canonicus sit unus ex illis D. nostris Episcopis, quibus imperium super Ecclesiam & interpretatio in Lipfico Interim traditur. Aut quasi in Lipfico Interim & eius excerpto non sit ad confirmationis cæremoniam gratia Dei alligata, quam impietatem ipse tacitus præterit. Ita simplicibus Christi pusillis Adiaphoristæ instar præstigiatorum sub specie ficus stercus in os intrudere conantur.

Plane sicut ante annū singuli Interimistici,

mistici Pseudoprophetae, ut Issebius
D. Interim, Sidonius, Pflugus, & alij si-
miles nebulones, habebant suas glossas
& commentaria, manifeste contra tex-
tum, & uoluntatem Caesaris pugnan-
tia, quibus decipiebant homines, & di-
cebant, sic intelligendum esse Interim,
non discrepare a nostra doctrina, nec
esse tam malum, ut quidam calumnia-
rentur, atq; ita imperitis impium Inte-
rim obtrudebant: Sic iam quoq; Am-
brosius iste Dresnensis Adiaphorista
aliam interpretationem habet, aliam
item Pfeffingerus cum alijs Canonicis,
& item aliam alij. Omnes tamen eo
contendunt, ut miserum uulgus & im-
peritiores Doctores istis uiolentis glos-
sis decipiant, qui, ubi semel decepti no-
uū istud Interim acceperint, postea au-
dient illam cantilenam, *Hastu mich
genomen so mustu mich behalten.*

Præcipui Adiaphoristæ, cum sine
mire inconstantes, & plane arundines
uento agitatae, iam uehementer lau-
dant suum aureum Adiaphororum
uitulū, ac dicunt, ex adiaphoris discipli-
nam ordinem, conformitatem, & ni-

Gg 5 hil non

hil non boni sequuturum, iam dicunt,
esse quidem seruitutem & mala, sed ta-
men tollerabilē, seq̃ ideo nosse pugnare
de paruis, ut meli⁹ magna tueri possint,
cū ad illa fuerit uentū, tū se staturos di-
xit D. Auaritia, sicuti rupes. Vel potius
sicut arundines uento agitatas.

Ostensum quidem est superius, agi
iam non tantum de cæremonijs, sed de
ipsis dogmatū corruptelis: Sed tamen,
ut maxime de ritibus tantum ageretur,
tū nihilominus sunt nostri Adiaphori-
stæ persimiles ignauo & timido alicui
præfecto, cui su⁹ dominus mandauit, ut
arcem aliquā, ei⁹ adiunctā regiunculā
dato p̃sidio tueretur: isq̃ cū subinde ei
significarent rustici, iam hunc, iā illum
pagum diripi a latrunculis, ac implora-
rent eius opē, obequitaret in arce, iube-
ret omnes armari & uigilare, emitteret
multas bombardas, diceretq̃ rusticis, se
nosse de paruis rebus pugnare, ut meli-
us possit magna tueri, non esse se tam
uilem bellatorem, qui iam hunc, iam
illum pagum propugnare uelit, se illa
neglecturum, ut arcem tueatur: Atq̃ ita
pateretur totam regionē deuastari, do-
nec &

nec & arx non magni momenti ampli-
us esset. Tales bellatores se esse nostri A-
diaphoristæ simulant, quanquam tales
uere non sunt, nā & ipsam arcem, id est,
Articulū Iustificationis, & doctrinā po-
nitætiæ in suis Adiaphoris corrumpūt.

Extenuent igitur Adiaphoristæ,
quantum uolunt, istas suas mutationes,
istumq; cuneum acuāt, tamen profecto
ista initia aditum omnibus sequentibus
mutationibus faciunt. Quare pij ho-
mines corā Deo obligantur, ni uolūt, in
æternā damnationem abijci, sūmo co-
natu præsentibus religionis corruptelis
resistere.

Ingens profecto, & plane inenar-
rabile Dei beneficium est, quod his po-
stremis temporibus in tantis tenebris
Deus tantam euangelij sui lucem accen-
dit, ac tam benigne omnes ad æternæ
uitæ conuiuium inuitat. Quare & pror-
sus nefandum scelus est, tantam esse no-
strā leuitatem, ut uerbū Dei, atq; ita si-
mul æternam uitam nobis sanguine fi-
lij Dei partam, auferri scientes & uolen-
tes tam facile patiamur.

Omnes malo huic resistere & docti
& iusti.

& indocti, pauperes & diuites, nobiles
& ignobiles cœlesti mandato de fugi-
enda idolatria, custodiendo sermone,
Dei, bonoq, Christi deposito saueri
iubemur.

HIC forsitan aliquis obijciat, tu
quidem non impie mones, ut labore-
mus in retinenda religionis nostræ pu-
ritate, uerum quomodo id faciemus?
Respondeo secundum prouerbium,
uolenti nihil est difficile. Si uero pie-
tatis zelo arserimus, protinus uel mille
uias inueniemus, quibus retinendæ ue-
ritati inseruire possimus.

Iste magnus Epicurus uetus Adam,
qui etiam in pijs nimium potens est,
ita iam multos reddit ad omne bonū
opus desides, ut multi putent plane ad
se negotium religionis non pertinere,
rem totam ad concionatores reijciant,
infinitaq, sibi impedimenta fingant,
ob quæ nihil penitus pro retinenda ue-
ritate agant. Recte inquit prouerbium,
Ignauis semper ferias esse. Ita plane hoc
tempore omnia obstant hominibus
impietate frigefactis, quo minus pro in-
columitate euangelij multū cōtendant.

Pri-

Primum igitur est necesse, ut omnes
pij serium habeant zelum pro domo
Domini, serioq; ardore tuendæ purita-
tis in uera religione ardeant, ac uel cum
suo exitio pietatem seruatam, gloriam-
q; Dei promotam ex animo cupiant,

Deinde sint coniunctissimi audi-
tores cum concionatoribus, grex cum
pastore, non putent oues, nihil ad se per-
tinere certamen pastoris & lupi, quin
potius sciant de sua, suorumq; agno-
rum incolumitate & salute agi, sciantq;
sibi mandatum non minus, quam do-
ctori, ut Christi unici pastoris uocem
audiant, utq; lupos caueant. Atq; ita in
uera pietate coniuncti ferueant, ut neq;
si malus pastor est, patiantur eū quiduis
accipere, neq; si bonus, solū periclitari.

Videmus enim iam miram esse au-
dacious quorundam Iudarum & Bala-
amorum, audent illi quiduis ab impijs
Achitophelibus sibi propositum in Ec-
clesiam intrudere & ouium ceruici im-
ponere. Quis cacodæmon hāc potesta-
tem impijs istis proditoribus Christi de-
dit, ut illi soli possint quiduis pro libitu
accipere & in Ecclesiā inducere, nō cō-
sulta

sulta tota Ecclesia, sunt ne illi Domini
Ecclesiae, & reliqui pii sunt eorum man-
cipia: O impiam & sceleratam audaci-
am. Tales nebulones, & Euangelij Iesu
Christi proditores deberent auditores
luto e templo eijcere, sibiq; ueros ac syn-
ceros pastores accersere.

Non est prorsus, quod oues securæ de
suo periculo sequantur, aut magni faci-
ant, quidquid illi dicunt aut agunt, qui
aliquando eximij pastores uisi sunt, aut
eis re totā permittāt: Testatur enim Esa-
ias, aurum & argentū populi Dei in sco-
riam conuerti solere, id est, præstantissi-
mos uiros in Ecclesia saepe in pessimos
degenerare, ut Saul, Absalon, Salomon
& similes. Declararunt pfecto satis hoc
tēpore ij, qui colūnae esse uidebātur, idq;
imprimis inter Theologos, nihil ab ip-
sis in hisce certaminib⁹ auxiliij expectā-
dū esse, nā ipsi non tantū nō impediūt,
sed etiā pmouēt præsentēs corruptelas.

Dixit nuper D. Auaritia, de istis par-
uis nolumus contendere, uerum ubi ad
summa uentum fuerit, tum uolumus
stare constātes sicuti rupes: sed inter par-
ua & Adiaphora, etiā propositionē So-
la fide

la fide
eam
abie
dit p
Euan
inue

mino
stet i
lius r
Si qu
etiā s
Ideo
fime
inno
fugia

N
fi, cu
aliqu
acuti
teretu
bere
medi
nefic
tius c
es. Si
stacu

la fide iustificamur numerant. Nā sicut
eam abiecerunt ante annū, ita & iā pro
abiecta habent. Nuper iste ipse neq̄ ædi-
dit prolixas cōciones de iusticia Legis &
Euangelij: quærat in eis, an usquam
inueniatur, nos Sola fide iustificari.

Quare pusillus grex diligenter me-
minerit, & ueluti in manib⁹ & corde ge-
stet illud dictū cœlestis patris: Hic est fi-
lius meus dilectus, hūc audite: Itē illud,
Si quis aliud Euangeliū prædicauerit,
etiā si sit angelus de cœlo, anathema sit.
Ideoq; semel agnitæ ueritati constātis-
sime adhæreāt, omnesq; mutationes &
innouationes agnitæ Christi religionis
fugiant, & suspectas habeant.

Nemo nostrū tam stolidus est, quin,
si, cum sanos ualentesq; oculos haberet,
aliquis eū accederet, pollicereturq; se ei
acutiorē uisum effecturū, si modo pa-
teretur eum oculis sua pharmaca adhi-
bere, responderet, apage sis cum tuis
medicaminibus: Ego scio, me Dei be-
neficio sanos oculos habere, tu mihi po-
tius corrūpes uisum, q̄ meliorem effici-
es. Sic igitur & in religione Adiaphori-
stacum fraudes detestari deberemus,
qui

qui dicunt, etiam si habeatis ueram religionem, tamen ferte, ut nos uobis aliquid in ea mutemus, nos faciemus uobis meliorem ordinem, conformitatem disciplinam, &c. Quare unusquisque sic sibi non patiatur quicquam institui & mutari in religione, & agnita ueritate, sicut sanum oculum nobis medicari non pateremur.

Ex eademque pia in retinendo Evangelio coniunctione & illud proficiscatur, ut cum habet Ecclesia pium concionatorem, seduloque contra errores & doctrinae corruptelas pugnans, non deferat eum: Sed cum eo unanimiter pro uera pietate usque ad ipsam mortem & crudelissima supplicia depugnet: Nec ullo modo in ipsum solum onus inuidiaeque conseruandi Euangelij Iesu Christi reijciat, tanquam rei non magnificandae, uel etiam ad se nihil pertinentis. Quod, pro dolor, magis hoc tempore fit, quam unquam ab orbe condito factum est.

Non parum autem hoc ingens malum pestilentes isti adiaphoristae auxerunt, qui declamitant, unumquemque suo pe-

suo periculo debere confiteri : Quo ue-
luti cuneo horribiliter coniunctionem
Ecclesiæ, & unitatem piorum discin-
dunt. O homines unitatis Christianæ
penitus immemores, Quasi uero conci-
onator constanter confitendo pro suis
opibus & cupiditatibus depugnet, ac
non potius pro sui gregis salute, & glo-
ria Dei.

Ea nos Christus coniunctione uult
esse coniunctos, præsertim in confesio-
ne & adiunctis periculis, ut alter pro al-
tero propriam animam ponere non ue-
reatur. Vult Christus Apostolos secum
uigilare & orare, laudat & Paulus uehe-
menter eos, qui secum in discrimine ste-
terunt, ac simul periclitati sunt.

Quare prorsus scelerate faciunt au-
ditores, cum non perinde se coniun-
gunt suis pijs doctoribus in certamini-
bus de uera religione, cum sint eiusdem
corporis Christi membra, sicuti in hu-
mano corpore alia membra capiti &
oculis in omnibus difficultatibus ad-
iungunt, & pro uiribus opitulantur.

Quæ autem dixi de concordia con-
iunctione Christianorum, non tan-

H h rum de

tum de singularum Ecclesiarum concordia intelligi uolo, sed etiam de plurimum, atq; adeo omnium. Omnes enim pij, si corpore coniuncti esse non possunt, spiritu certe & charitate coniungi deberent. Impia enim, & prorsus scelerata est ista Adiaphoristarum sapientia, qui putant, licere alias Ecclesias perturbando, & in eis mutationes promouendo, suam incolumitatem conseruare. Item satius esse cum impijs Christianos persequi, quam cum pijs ob Christum ab impijs pati.

Declarauit uobis abunde præteritum bellum ciuile, quantam uobis ob id Deus, benedictionem dederit, nempe, ut iam & corporis & animæ seruitutem quotidie magis ac magis aggrauari, inuiti cernere cogamini. Omnes igitur Ecclesiæ inter se coniunctissimæ esse deberent, nec alterius calamitates uel consilio uel ullo prorsus auxilio iuuare: Quin potius de alterius miseria sic dolere, ac si propria membra scindi, lacerariq; sentirent. Atq; ideo omnes pij coetus primum precibus alios iuuare, deinde & quibuscunq; possent

sent
deber

um el
tatib
hoc
religi
ne &
auxili
imple
nus I
in fac
tates p
tione
amur
quæri
ne, to
etis, ap
ens, a
tis in

C
tempo
Coelo
trem l
nobis
faciat
ne per

sent pijs modis ex animo eis opitulari
deberent.

Tertium & præcipuum remedi-
um est, cum in omnibus alijs difficul-
tatibus publicis & priuatis, tum & in
hoc præsentī discrimine amittendæ
religionis sedulo ac sine intermissio-
ne & publice & priuatim diuinum
auxilium oratione fidei per Christum
implorare. Hoc nobis telum Domi-
nus Iesus & Spiritus Sanctus passim
in sacris literis contra omnes calami-
tates porrexit, ut inuocemus in tribula-
tione, certo promittens fore, ut exaudi-
amur. Toties repetit Christus, petite,
quærite, pulsate, orate sine intermissio-
ne, totiesq; promittit, accipietis, inueni-
etis, aperietur uobis, quin & iurat, inqui-
ens, amen dico uobis, quidquid petier-
itis in nomine meo, fiet uobis.

Oremus igitur in hoc tristissimo
tempore, summoq; amittendi regni
Cœlorum periculo, obtestemurq; Pa-
trem Domini nostri Iesu Christi, ut, si
nobis propter peccata iuste iratus est,
faciat saltem propter nomē sanctū suū,
ne pergat Antichristus gloriari, non filij

H h 3 Dei,

Dei, sed suam doctrinam ueram esse,
Neue pergant uociferari impij, ubi est
Deus eorum.

Tali seria & ardenti fidei oratione
Christiani omnipotentes sunt, nihil
enim, teste Christo, est credenti impos-
sibile. Tali telo instructus Moses, id est
ardenti oratione, findit mare rubrum,
populum suum ex summo periculo li-
berat, & Pharaonem cum suo exercitu
in mare præcipitat. Eadem ratione &
Madianitas uincit, & multa alia præ-
clara facta peragit. Sic Iacob tota no-
cte orando se suosq; ex summo discrimi-
ne eripit. Sic Iudith, sic Ester se ac
suos ex imminente exitio liberat. Sic
pugnando Dauid, & omnes alij sancti
uiri mundum & Satanam uicerunt. Sic
Alexander Episcopus constantinopoli-
tanus, cum a Cæsare cogeretur, ut seque-
ti die cū Ario cōmunicaret, tota nocte
in oratione iacendo impetravit, ut se-
quenti die Arrius subita, turpissimaq;
morte extingueretur.

Proinde in hisce tantis difficultati-
bus, cum nullum est dubium, omnes
dæmonas erupisse, & oppugnare euan-
gelium

geliur
cius p
missio
Deum
immo
sancti
luntas
Citius
sto, co
nos D
C
filia a
um te
sa C
politi
perio
esse co
patia
Dei e
Spiri
linqu
butis
saum
tur ig
salter
niat

gelium Iesu Christi nulla ratione fœli-
cius pugnabimus, quam si sine inter-
missione oratione fidei apud ueracem
Deum instabimus, ut, secundum eius
immotam promissionem, eius nomen
sanctificetur, regnum adueniat, & uo-
luntas fiat, non diaboli & impij mundi.
Citius profecto, teste ipsa ueritate Chri-
sto, cœlum & terra transibit, quam ut
nos Dei promissiones fallant.

Quantum est etiam humana con-
silia adhibere, & non neglectis illis De-
um tentare. Supplicetis uos miseræ Ie-
su Christi Ecclesiæ humiliter uestris
politicis Dominis, & inferioribus & su-
perioribus, eosq; obtestemini, ut uelint
esse contenti eo, quod ipsis debetur, &
patiantur uos etiam Deo dare id, quod
Dei est. Sint cōtenti politico dominio:
Spirituale Christo unico domino re-
linquant. Esse etiam Turcas suis tri-
butis contentos, ac pati Christianos
suum Christianismum seruare: patian-
tur igitur & ipsi. Tantumq; fauoris
saltem miser Christus apud eos inue-
niat, qui se Christianos gloriantur,

Hh 3 quan

quantum apud eos inuenit, qui se
manifestos Christianismi hostes confi-
tentur.

Polliceamini eis etiam plura, quam
debetis, si uel sic Euangelium Iesu Chri-
sti liberum uobis relinquere uelint. Da-
re sane tyrannis omnia bona, quæ habe-
tis, ut saltem uos patiantur æternæ uitæ
thesaurū retinere, utq; in his omnibus
summis afflictionibus saltem diuini fa-
uoris solatium, æternæq; uitæ spem re-
tinere possitis. Ostendite indignissi-
mum esse, si cum Christiani dici uelint,
Iudæos homines propalam impios &
blasphemos ferant, contenti eorum tri-
butis, uos autem ferre, uobisq; mani-
festam Iesu Christi ueritatem concede-
re prorsus nolint.

Admoneatis eos etiam, quod & ip-
si hanc esse ueram religionem aliquan-
do agnouerint, eamq; probarint, & su-
os subditos habere uoluerint. Admone-
atis eos etiam, quod uobis polliciti sint,
se uos uelle in Augustana cōfessione re-
tinere. Ostēdatis, præsentes mutationes
pugnare cū Augustana cōfessione, ut
a pluribus hactenus ostēsum est. Ea cō-
fessio

fessio
nat cu
super
mis ca
leges
ipso
Certe
magi

A
nator
libero
per C
mana
missa
uosq;
ob ea
quan
prius
iugul
stian
causa
legiti
rent.
seria

etæ
Mag

fessio diferte nō tantū in doctrina pug-
nat cum præsētibz mutationibz, ut
superius ostensum est, sed etiā de mini-
mis cæremonijs clare dicit: Non tantū
leges de abusibz abijciēdas esse, sed etiā
ipsoz ritus, ne cōfirmētur uiciosi cultus.
Certe si, cū stant, abijciendi sunt, multo
magis, cū aboliti sunt, non restituendi.

Admoneatis etiā supremos guber-
natores, de toties, tamq; sãcte promisso
libero concilio: Oretis ac obsecretis eos
per Christum, ne cōtra omnia iura hu-
mana ac diuina, contraq; propria pro-
missa uobis religionem corrumpant,
uosq; ac uestros Doctores ferro ac igni
ob eam persequātur. Apud omnes gētes
quantumuis barbaras hōc ius seruari, ut
prius homines legitime audiantur, quā
iugulentur. Fiat id igitur & apud Chri-
stianos, præsertim in Ecclesia, idq; in
causa religionis, in qua omnia magis
legitime, minusq; tyrannice fieri debe-
rent. Huc accedere promissa eorum, tam
seria, tamq; sæpe facta.

Hoc modo serio oretis, uos affli-
ctæ Dei Ecclesiæ, uestros prophanos
Magistratus, eosq; per Christum (quod

H h 4 eis

eis nomen uobiscum commune est) perq; extremum iudicium obtestemini, ne christiani christianos, ac uerum Iesu Christi, filij Dei Euangelium durius tractare uelint, quam ipsimet Turci, & alij Mahometistæ.

Nullus hic Christianus, quantumuis priuatus, multo minus is, qui est in magistratu suam operam, consilium & auxilium pie Euangelio Christi negare poterit. Cum enim sciat agi de gloria Dei, ac salute proximi, cogitur duobus Dei mandatis de dilectione Dei & proximi (in quibus duobus præceptis tota lex pendet) item & præcepto de confessione Christi, ut huic negotio, gloriæ Dei & Ecclesiæ, summis uiribus, omniq; studio ac conatu inferuiat.

Grauisime profecto peccat & tota Ecclesia, & imprimis ij, qui in ea sunt in maiori autoritate, aut etiam in aliquo Magistratu, quod, quando uident id scelerate per Moros, Balaamos, Adia-phoristas & Achitophelos agi, ut eorum pij constantescq; concionatores deponantur, ac in eorum locum impij & leues, auliciq; adulatores substituantur,
illi

illi interea, ne in aliquod periculum in-
cidant, quiescunt. Non id uobis man-
dauit Christus, cum iussit, ut uobis ca-
ueatis a Pseudoprophetis, & ueros Do-
ctores audiatis.

Vnanimiter uos omnes oportet
tum orare Deū ardentem tū etiā suppli-
care principi, ac uestra iura legesq; pro-
ponere, petere ne uobis tanta iniuria fi-
at, Deusq; contumelia afficiatur, ac pla-
ne omnia pericula coniunctim Ecclesi-
am cum concionatore subire decet.
Si ageretur de aliquo graui damno ue-
stræ rei familiaris, aut uitæ, aut aliqui-
bus publicis priuilegijs, non sic stertere-
tis. Inueniretis profecto aliqua consilia
& remedia, quibus ei malo resisteretis:
At iam nihil consilij, nihilq; remedij in-
uenire potestis.

Huc referantur & omnia politica
iura & obligationes, quas inter se magi-
stratus & subditi habent. Euangelium
enim politica iura non tollit, quin po-
tius præcipit, ut Magistratus ad hoc
gladium gerat, ut sit honori bono ope-
ri, & terrori malo, idq; uel præcipue in-
aperiendis portis Christo & eius Euan-
gelio.

Hh 5

gelio.

gelio. Qui uero hoc non facit, aut etiam contrarium facit, is non Dei, sed diaboli ordinatio est, cui resistere pium est.

Sed ad rem, hoc puto esse quartum remedium, ut non tantum una Ecclesia, sed multae, atque adeo omnes quae sub uno magistratu sunt unanimiter suo magistratui supplicent, ut eis religionem illasam, concionatoresque immolestatos relinquat. Nec potest hic quisquam pius negare suum iam uexato & incarcerato Christo patrocinium, omnium autem minime illi, qui in magistratu sunt, quibus singulariter praecipitur, ut amplectantur & osculentur Christum, seruiant ei, sint eius nutriti, eique portas aperiant.

Etiam Iudaei, ubicunque locorum sunt, tantum tamen laborant pro sua impia, ipsisque exitiali religione, ut eam incolumem retineant, malintque omnia ferre, & tributa grauissima pendere, quam sibi uel in minima parte suam religionem immutari aut impediri. At nos, pro pudor, pro nostra agnita Iesu Christi religione, proque salutari eius

Euan-

Eua
hil
niq
mus
subi
ranc
cui
dito
crite
bere
ater
intra

cens
rum
stole
D. C
licea
O i
nos
gues
mult
sint
ueran
ueran
possi
cuno

Euangelio nihil laboris, nihil odij, ni-
hil sumptuum, nihil periculi, nihil de-
niq; prorsus molestiarum perferre uolu-
mus. Patimur quieti, & ociosi nobis
subinde noua Interim, nouosq; Alcho-
ranos præscribi & præformari. O Epi-
curi de grege porci, & non Christi au-
ditores. Prompte nos Christiani & ala-
criter crucem in humeros suscipere de-
beremus, quo Dominum sequendo ad
æternam uitam per augustam portam
intrare possemus.

Habemus etiam huius remedij re-
cens, pulcherrimumq; exemplum illo-
rum septuaginta duorum Christi Apo-
stolorum, qui ante annos 17. Lypsia
D. Georgio ausi sunt supplicare, ut eis
liceat sub utraq; specie communicare.
O ingentem calamitatem: Adeo ne
nos Adiaphoristarum disciplina san-
guifectos & frigefectos, ut iam tam
multæ ciuitates & regiones non au-
sint petere ac instare, ut sibi liceat perse-
uerare in ea CHRISTI religione quam
ueram esse agnouerunt, & in cuius
possessione iam consistunt, idq; se-
cundum promissa sibi a principe
facta.

facta. Adde etiam ab eo principe, qui
se huius religionis fautorem perhiberi
uult: Cum ante septendecim annos tā-
tum 72. homines, florente papatu, cō-
tra receptum morem, a principe pro-
palam Euangelij Iesu Christi hoste pe-
tere, ut sibi sub utraq; specie secundum
Christi institutionem communicare,
ueramq; eius religionem habere liceat,
ausi sint.

Fascinati profecto & excœcati sunt
homines isto infernali Adiaphorista-
rum fascino. Christum, qui eis ante
oculos depictus fuit, ac per quem Spi-
ritum Sanctum acceperunt, & bonum
uerbum eius gustauerunt, tam facile
pati sibi auferri, & pro eo tantopere de-
testatum Antichristianismum sibi ob-
trudi ferre possunt. O quanta ira Dei
manet istos Adiaphoristas, qui scientes
& uolentes Ecclesiam Christi lingue-
faciunt, & turbam Antichristi in hoc
præsenti certamine confirmant & cor-
roborant: Hastenus de quarto reme-
dio istis Iesu Christi religionis corrup-
telis opponendo: iam de quinto & ul-
timo.

Quin-

Quintum remedium est, cū Chri-
stiani a tyrannico magistratu penitus
oppressi sunt, nec eis ulla iura politica
promissaq; eorum profunt, nec adhibe-
re possunt alia contra eos remedia, sed
penitus in tyranni potestate, quasi uin-
cti tenentur. Tunc tollant crucem su-
am in humeros, parati ad mortem con-
stanter & unanimiter ueritatem cōfite-
antur. Conueniant omnes statis horis
in templum, ibi uerbum & Sacramen-
ta tractaturi, precesq; suas ad Dominū
cum lachrymis fusuri. Nemo se ibi pie
subtrahere potest, omnium autem mi-
nime doctores, quos oporteret esse fidos
bonosq; pastores, qui non fugiant pro-
tinus, cum uident lupum, sed etiam ui-
tam ponant pro ouibus & grege, cui
eos Spiritus S. præfecit episcopos.

Nec debent curare pastores iniusta
Tyrannorum mandata, qui eos uel ta-
cere, uel discedere a sua Ecclesia, uel eti-
am impia docere iubent, aut etiam eos
sub alio prætextu a ministerio remoue-
re conantur. Respondeant eis libere,
sicut Apostoli suis tyrannis responde-
runt: Oportet magis obedire Deo, quā
homi-

hominibus, Nec alij quidem Chriftiani, & præcipue magistratus, senatores, & alij, qui in autoritate sunt, ullo modo a suo doctore in illis periculis se se iungere a ministerio & templo abstinere debent, aut Tyrannorum mandata pios doctores remouere uolenti curare. Postulat enim mādātū Dei, de dilectione Dei & proximi, item mandatum confessionis, ne quisquam se a pio cœtu & puro Euangelij ministerio seiungat.

Cum Tyrannus talia mandat, quæ uel propalam, uel clam ad destructionem pietatis, & restitutionem Antichristianismi tendunt: non est amplius ordinatio Dei, sed diaboli, & secundū D. M. L. sententiam, mancipium Aristolyçi, seu Antichristi: cui omnes non solum non obedire debent, uerum etiam ei tanquam furioso cani, aut ipsi Aristolyco resistere coguntur.

Commendemus igitur nos Chriftiani Domino, & omnes auditores, & doctores templa diligenter frequentemus, statisque temporibus conueniamus. Atque ita constanti usu ministerij in possessione permaneamus. Si

Interea

interea graffati contra nos tyranni fue-
rint gladio, uel alijs modis, domino id
commendemus. Non est adeo miserū
mori pro Christo, ut Interimistæ & A-
diaphoristæ existimant. Vincentur sic
fortassis constantia piorum Tyranni,
quod omnes simul, uel non poterunt,
uel etiam non uolent trucidare.

Sæpe Ecclesia tali sua pia constan-
tia, non sine suo sanguine tamen, tyran-
norum impios conatus fregit. Præcla-
rum est illud exemplum huius constan-
tiæ, quod in urbe Edeffa accidit. Vbi,
cum imperator Valens mandasset, ut
omnes Christiani, q in templum suum
conuenirent, trucidarentur, cumq; iā
præfectus sumpta cohorte militum ad
templum proficisceretur, nihilominus
Christiani frequentes in templū cōflu-
ebant: Tandem eo propi ad templū ac-
cedente, muliercula quædā trahēs par-
uū puerū, festinansq; ad tēplum p medi-
os milites transibat, eam ad se acersitā
cohortis præfectus perconctatur, quonā
cum paruo puero festinaret: respōdit,
ad tēplū, quo & reliqui Christiani. Cū
præfect⁹ diceret, an nō nosti mandatū
esse a

esse a Cæsare, ut omnes qui in in tem-
plum conuenerint, trucidentur. Re-
spondit se audiuisse, & ob hoc ipsum eo
festinare cum paruo puero, ut cum alijs
Christianis pro ueritate occumbere, &
Christi martyres fieri possint. Ea con-
stantia frequentiaq; piorum permotus
præfectus, redit ad imperatorem, indi-
cat magnam multitudinem Christia-
norum confluxisse in templum, para-
tos omnes ad mortem pro sua religio-
ne, uideriq; sibi nimis crudele factum,
tam multos innocentes homines tam
paruo temporis momēto iugulare. Sic-
q; piorum constantia tyranni furor,
Domino sic cor eius regente & molli-
ente, frangebatur.

Hisce remedijs potissimum oppres-
sos Euangelicos uti debere iudico, illud
maxime respicientes, quod ea sit boni-
tas cœlestis Patris, ut nolit ijs auferre sui
uerbi lucem, qui eam ex animo retinere
cupiunt & conantur. Non sunt aggra-
uata aures Domini, ut audire nolit, nec
manus eius abbreviata, ut ferre opem
non possit, nec ille nos ultro (teste Esa-
ia) uendet & abijciet, nos modo uide-
amus

amus, ne peccata nostra nos ab ipso se-
iungant. Non ultro prior ipse suum
foedus irritum faciet, nos ei modo con-
stanter adhæreamus. Inueniet igitur
haud dubie ille uiam, qua ueritatem
Euangelij, purumq; ministerium apud
nos seruet, si modo nos id ualde cupi-
uerimus, & instanter flagitauerimus.

Hisce rationibus, ut opinor, rectissi-
me uti poteritis ad conseruandâ religi-
onis Christi ac ministerij puritatē. Sed
haud dubie ea ratio, quam primo loco
posui, id est, ardens zelus retinendæ ue-
ritatis Christi, si uere haberi poterit, ac
in nostro corde ueluti ignis quidam fla-
grauerit, tum preces ardentes fundet, tū
unanimitè cum alijs pijs confitebitur,
periclitabitur, Euangelium propugna-
bit, & mille omnino uias inueniet,
quibus retinendæ ueræ pietati seruire
possimus.

Sed nos iam stertimus ociosi, quia
nulla cura pietatis tenemur, mero epi-
cureismo oppressi prorsus frigemus. Sa-
lomon inquit: Piger dicit Leo est in
uia, sic nos somniamus nobis ubiq; in-
gentia pericula. si uel mutiuerimus pro
I i uera

uera pietate, aut bono pastore retinen-
do, continuo nos scilicet diabolus de-
uorabit. Sunt nobis item semper feriæ,
iuxta uetus prouerbum, nondum pu-
ramus esse tempus repugnandi, alias fa-
ciemus, cum totus papatus nobis ob-
trudetur, nondum adest periculum, es-
bat noch keyne noth. Scilicet tunc
repugnabitis, cum frustra repugnabitis,
principio morbi repugnandum est: Se-
ro postea medicinā parabitis, cum ma-
lum inualuerit.

Putamus item alios pro nobis de-
pugnatuos, non esse necesse, ut ego me
in discrimen ob religionem conijciam.
Cogitamus, Theologorum hoc officiū
est, qui sunt tantis donis præditi, non
meum. Ego nihil sum, si conferar ad
eos. Sicut nunc admodum ingeniosi
sumus in excogitandis nostris excusati-
onibus: Qui enim antea meri gigan-
tes, constantissimiq; Christiani uideri
uolebant, ij iam se, suaq; dona extenu-
ant, ac pulchre semet excusant, cur pro
Euangelio periclitari non debeant. Alij
alias habent causas, & nemo plane est
domi, iuxta uulgare dictum.

Imo

Imo tuum est, si modo Christia-
nus, uel omnino homo es, tibi simul
cum alijs, & separatim soli mandatum
est, ut diligas Deum ac proximum, non
uerbis tantum, sed re, ac utriq; summis
uiribus seruire coneris: Quod si in ulla
alia re, tum imprimis in religione con-
seruanda, facere possumus & debemus.

Deridemus etiam Deum sic, diui-
num hoc est opus, & non humanum.
Frustra hic ego laborem & pericliter.
Deus ipse suo tempore hoc malum cor-
rigit, Res se ultro melius habebit, & in
meliorem statum conuertetur: Vt boni
Adiaphoristæ dixerunt, cum Lypsiae le-
gatos religionis urserunt, ut acciperent
illud Interim. Sperandum est, fore bo-
nos episcopos, qui pie præsent Ecclesiæ.
O fortia pectora & dilatatas conscien-
tias, quæ possunt contradictorias sen-
tentijs capere. Sciunt Episcopos esse cru-
delissimos Antichristi lupos, & tamē si-
mul possunt sibi persuadere, eos breui fo-
re optimos pastores. Imo hoc est sperā-
dū, fore ut breui Adiaphoristæ grauiter
a Deo puniantur, ni poenitentiā egerint.

Faciet quidem Deus ea, quæ ad
Ii 2 glori-

gloriam eius pertinent, sed interea cre-
auit etiam te ideo, ut eum glorifices,
idq; tibi mandauit serio, ut tua bona
opera, nempe primum confessio luce-
at, ut homines uidentes tua bona ope-
ra, glorificent patrem cœlestem. Opor-
tet igitur in omnibus rebus manum
admouendo ad laborem, Deum inuo-
care, & nō stertere, ac deridere Deū di-
cēdo, ipse sine me facere potest & faciet.

Proinde uos pij, extimulate uos
minis & promissionibus Dei ad serium
amorem pietatis, & odium impietatis.
Cogiteris uos ideo conditos esse ad ima-
ginem Dei, ut cœlestem patrem glori-
ficetis. Oretis etiam Deum serio, ut &
accendat per Spiritum Sanctum in cor-
dibus uestris iusti zeli incendium, pro
domo ac gloria Domini, proq; salute
æterna proximi, ut & illuminet uos sua
luce, ut uidere liquido possitis, quid
uerum aut falsum sit, quid Domino
placeat, aut quid displiceat, & quid om-
nino ad conseruandam ueram pieta-
tem faciat.

Ingens profecto & plane inenarra-
bile Dei beneficium est, quod his po-
stremis

strem
Euā
chris
bus i
sus m
nitar
nem
solu
ricul
mus
sang

tis re
sis r
nob
quid
carn
Asta
clen
catu
licen
bric

cun
Euā
furi
unc

stremis temporibus, post tot sæcula sui
Euangelij lucem nobis in tantis Anti-
christi tenebris, & umbra mortis sedeti-
bus instaurauerit. Ingens etiam, & pror-
sus nefarium scelus est, quod hanc ag-
nitam, salutaremq; Iesu Christi religio-
nem tam turpiter scientes & uolentes,
solummodo ob tenues rumusculos pe-
riculi abijciamus, & pedibus conculce-
mus. Nondum pugnauimus usq; ad
sanguinem, & iam animis fracti sum⁹.

Nostri Adiaphoristæ ex tam mul-
tis rebus ante magnis clamoribus defen-
sis tam paruo periculo permoti iam
nobis adiaphora fabricant. Obsecro
quid facerent, si eos aliquot Hyspanici
carnifices in catenis ad ignem traherēt?
Astarent item aliquot magni prælati, &
clementissimi domini, qui eis canoni-
catus, præposituras, & episcopatus pol-
licerentur, si plura adhuc adiaphora fa-
bricare uellent?

Cohorresco profecto, quoties me-
cum cogito, quantā lucem nobis Deus
Euāgelij filij sui lucere fecerit, quāq; nos
furiose eam abijciamus. Nullæ profecto
unquam Ecclesiæ tantam lucem Euāge-

ij tam peruulgatam habuerunt, quā iā
Germanicæ, neq; ullæ unquam eam
turpius & sceleratius abiecerunt.

Deus bone adeo crucem Christi fugi-
mus, & minis tantū absentium peri-
culorū eo perducimur, ut non solū ne-
gligam⁹ purā religionem, sed etiā per-
sequamur. Quicūq; quoquo modo sciē-
tes lāguefaciunt cōstantiores Christia-
nos, sunt manifesti Christi persecuto-
res. Quicunq; item Magistratus prohi-
bēt nostra, aliorūq; scripta contra Inte-
rim & Adiaphora, sunt itidē Christi p-
sequutores, fingant demū sibi excusati-
ones quas cunq; uolunt, sciūt enim, aut
certe scire deberēt, in eis scriptis uerā, pu-
rāq; Christi religionem defendi. Audio
quosdā Magistrat⁹ & dominos prorsus
ista scripta nolle cognoscere, sed tantū
clamāt esse fanatica. Belli sane sunt isti
iudices, q de ignotis indicāt. Sed Chri-
sti religio semp eam fœlicitatē habuit.
Horribile profecto uel cogitatu est, mul-
tos magistrat⁹ passim in Misnia leuib⁹
edictorū minis eousq; pducī posse, ut cō-
tra cōsciētā psequātur scripta cōtra p-
sētia pseudadiaphora pugnātia, in qb⁹
tamen

tamen ea religio Christi propugnatur,
quam ipsimet haftenus pro uera habu-
erunt, & cuius adhuc se esse simulant.
Sōnient illi sane sibi excusationes quas-
cunq; uolunt, tamen profecto sūt Chri-
sti psequutores. Deus bone leuibus peri-
culis homines adeo terreri, ut etiam per-
sequutores agniti Christi fiant,

O Deus bone tam diu uerbum Dei
tam copiose audiuius, docuimus, le-
gimus, pinximus, sculpsimus: Eius effi-
cacious acceptione Spiritus Sancti, pace
cordis, gaudio Spiritus Sancti, multo-
rum pie & in seria inuocatione mori-
entium, mirabili Dei præsencia in eius-
dem propagatione, contra portas infe-
rorum, & mundi nostri defensione spe-
ctauimus: Et tamen inde hasce tantum
sententias didicimus, & retinuimus, plu-
ris scilicet præsencia, quam æterna bo-
na facienda esse: pacemq; Deum offen-
dendo, & homines placando retineri
posse.

O per Dominum Iesum obsecro &
obtestor uos Ecclesias Christi, ut in ag-
nita Iesu Christi religione constantissi-
me Augustanæ confessioni adhærendo
perseuerare uelit. li 4 Vos

Vos etiam eo constantiores esse & alijs Ecclesijs ueluti exemplo uestro præluere debetis, quod Deus uobis primum, ac potissimum hunc summum suum thesaurum, nempe filij sui Euangelium, reuelare & commendare uoluerit. Ex uobis hæc salutaris lux orbi terrarum effulsit: Videte, ne quādo uobis dicat Deus: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? Hoc profecto agit Satan per ministros suos, Papistas, Interimistas & Adiaphoristas, ut uestra uacillatione iterum omnes Ecclesias ad suum impium Antichristianismum retrahat.

O per Deum uos obtestor, cogitate, quam ingens res sit, & plane incomprehensibilis rationi humanæ æterna fœlicitas & æternum exitium: Tanta nimirum, ut filius Dei ex sua maiestate se demittens cœlo descendere, humanam carnem induere, iram Patris, ac tandem turpissimum supplicium sustinere uoluerit, quo nos miseros peccatores æterno exitio eximeret, ac in æternam uitam secum transferret.

Cum igitur tanti momenti sit effu-
gisse

gisse æterna supplicia, & regnum cœlo-
rum consequi, par est, si sana mente
præditi sumus, nos ita serio & constan-
ter ad salutem æternam properare, ut,
secundum consilium Christi, potius
nobis non tantum opes, honores, &c.
sed etiam oculum, manum, pedem, ac
deniq; totam uitam auferri pati prom-
pte deberemus, quam nos ullatenus in
isto salutari curiculo impediri.

Perpendite etiam uobiscum, quan-
tum malum sit scandalum, quod Adi-
aphoristæ prorsus cogitare non uolunt.
Dominus Iesus dicit, satius esse in me-
dium abyssi alligata asinaria mola pro-
ijci, quam unicum pusillum scandali-
zare. Quanto igitur grandius scelus est,
tam infinitas Ecclesias scādalizare, quæ
in uestram cōstantiam aut instabilitatē
respiciunt. Non potestis uel minimam
mutationem piæ religionis facere in
papatū quin, protinus plurimi per or-
bem terrarum homines uehementer ad
Antichristianismum inclinent.

Si igitur ulla fides adhuc inter nos
Christianos uerbis Christi habetur statu-
amus obsecro longe satius esse bellum,

II 5

omnesq;

omnesq; miseras perpeti, & deniq; ut
omnes suspensis de collo molaribus in
medium Albis ab Hyspanis præcipite-
mur, quam ut tam multos paruulos
Christi, imo uero & tam multas Eccle-
sias, nostram religionem in impium
Antichristianismum transformando,
& agnitam Iesu Christi religionem tā
scelerate & furiose abijciendo pedibus-
q; conculcando scandalizemus, Domi-
num Iesum contumelia afficiamus, &
nos ipsos tandem in æternum inferni
igné ad omnes diabolos præcipitemus.

Dominus Iesus suo sancto Spiritu
ita illuminet, & inflammet corda no-
stra, ut uelimus & possimus uel per ig-
nem & grauissima quæq; supplicia ad
perpetuam illam regni cœlorum beati-
tudinem foeliciter peruenire. Orate cha-
rissimi in Christo fratres sine intermis-
sione, petite, quærite & pulsate, oratio
enim piorū omnipotens est. Nihil est,
teste Christo, impossibile credenti. Nō
obliuiscetur nostri cœlestis pater, usq;
in finem nobiscū est, ex tribulatione er-
ripiet nos & glorificabit.

Illu-

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,
Domino Augusto Duci Saxoniae, &c.
In agnita receptaq; religionis Christi
puritate, eiusq; confessione con-
stantiam Matthias Flaci-
us Illyricus.

CVM DOMINVS IESVS IAM
sub finem uitae suae cerneret Hieroso-
lymam, urbem tunc temporis (teste
Strabone alijsq; scriptoribus) amplissimam,
ditissimam & cultissimam, laetam, securam,
q; de ira poeniscq; diuinis, inquit: si scires &
tu, quae ad pacem tuam faciunt, scilicet feres,
utiq; & tu, ac poenitentiam ageres, nunc res-
tuas bene beateq; se habere existimas, Tan-
tumq; id summae tuae foelicitati obstare iu-
dicas, quod uereris, ne propter me, meamq;
doctrinam Romani ueniant, teq; funditus
deleant.

Quare summa diligentia consultas &
inquiris, quonam modo me quam astutissi-
me de medio tollas. Id si possis sic uasre effi-
cere, ne tumultus oriretur in populo, tum-
te tuam foelicitatem plane propriam, fir-
mam ac perpetuam habere non dubitares.
O stulta, adeo ne tui sapientes & legisperiti
Epicureismo oppressi sunt, ut sibi in ani-
mum inducere possint, homines placando &
Deum offendendo pacem haberi posse. At
qui hoc ipsum erit tuae summae ruinae prae-
cipua causa.

Sic iam quoq; deploranda uel detestanda
potius

potius est impij mundi et quorundam epicu-
reorum sapientulorum carnalis prudentia,
qui prorsus nihil dubitant, quin si astute ca-
piendo Christum, eumque crucifigendo Roma-
nos placare possint, tum liberati omni peri-
culo, perpetuo beateque uitam acturi essent.

Apud istos de honestate & pietate nihil
licet dicere, non enim illi dubitant, quin quic-
quid sibi expediat, id etiam liceat, ut pote
qui iam scriptis quoque libris asseuerent lice-
re Christianis octo posteriora decalogi prae-
cepta uiolare, ut se ex periculis ac difficulta-
tibus imminetibus expediant. Id est licere
ac secundum naturam esse, contra illam ni-
mis duram Stoicorum sententiam, cum alie-
no incommodo suum commodum quaerere,
magisque secundum naturam esse iniustitiam,
quam morbos aut alios corporis cruciatus.
Licere frangere omnia iuramenta, spoliare
uel etiam parentes, causam esse belli, stupro-
rum, rapinarum, caedis innocentium Christi-
anorum & quarumuis calamitatum, ut sic te
ex periculo eximas, tuas opes & honores au-
geas.

Cum igitur isti epicurei homines hanc
sententiam prorsus pro certa habeant, nec
quisquam ab ea abhorrens audire uelint,
frustra apud eos de pietate ac honestate de-
clamarem. Quare tantum dicam breuissime
aliquid de ea, quam solam libenter audiunt,
corporali utilitate.

Est igitur etiam huius miseræ corporalis
uitæ ea ratio, ut non casu mundus hic, hæc
uita, quam habemus, omniaque, quibus eam
fouemus extiterint, nec etiam uel casu uel
principaliter (ut epicurei putant) nostra pru-
dentia

dentia iā eadē regantur seruenturq; sed Dei creatoris celi & terræ prouidentia, in quo nos omnes uiuimus agimus & mouemur.

Sed nec de Deo quicquam stulti isti audire uolunt, discūt enim in corde & uita sua, si non in ore, non est Deus. Quare & hanc materiam missam facere cogor, ac peto tantum ab eis, ut saltem experientiam ipsam tum sui temporis tum & præteriti ex historijs consulant, uideantq; an non omnes homines, siue potentes siue pauperes, qui religionem Christianam persequuti sunt, æquumq; ac iustum (quod sic uocamus) uehementer uiolauerunt, grauiter tandem multiplicibus calamitatibus ac etiam ipso extremo exitio puniti sint.

Quotidie uidemus fures, homicidas & similes prorsus diuinitus ad pœnas retrahi, quantumuis procul aufugisse, ac sæpe in tuto esse uideantur. Sed putant sapientes mundi id tantum tenuibus accidere, sicut Anacharsis dixerat, leges telis aranearum persimiles esse, per quas magnæ quidem aues incolumes transuolent, paræ uero tantum muscæ irritæ teneantur. Verum id quoq; falsum est, nam potentes potenter tormenta patientur.

Notum, recensq; exemplum est D. Georgij, qui quoniam Christum & miseros Christianos persequutus est, tandem cum tota sua posteritate est deletus, reliquitq; suum imperium ijs, quibus omnium minime uoluit. Perpendant etiam faces istæ diuinæ iræ exempla in liberis suis, qui putabant se, suosq; iam magnos fore, & in summum ascensuros, ut ille apud Esaiam inquit, sed Deus eis dixit, non in summum iam ascendes, sed in infernum præcipitaberis.

Cum

Cum igitur experientia ipsa redar-
guat Epicuream istam sapientiam, osten-
datq; nullo modo etiam huius uitæ stabi-
lem foelicitatem, Christianam religionem
ac miserum Christum in eius membris per-
sequendo, haberi posse, detestari debere-
mus istam impiam filiorum sæculi hu-
ius sapientiam, qui putant offendendo De-
um, & placando homines, nos hic bea-
tam, tranquillamq; uitam & pacem con-
sequi posse.

Hæc iam apud te Illustrissime Prin-
ceps ideo dissero, ut, quoniam intelligo
etiam istic in Misnia tales sapientes non
paucos inueniri, ostendam, quam stul-
ti sint, quamq; ab honestorum piorumq;
Principum consortio prorsus repellendi,
quibuscunq; tandem se illi titulis uendi-
tent, Siue sint D. Interim, siue D. Aua-
ritia, siue quicunq; demum similis fa-
rina.

Offero tibi etiam hanc meam adhor-
tationem ad constantiam in agnita IESV
CHRISTI religione, & Augustana
confessione, quam ad Misnicas Ecclesias
scripsi, ac a T. C. hoc munusculum so-
lummodo peto, ne parlatur istic malos
contra innocentes, constantesq; Docto-
res furere, neue nostros istos libellos, qui-
bus Ecclesias Christi consolamur & im-
becilliores in uera pietate confirmare co-
namur, tanquam seditiosos sinat condem-
nari, atq; ita miseras Ecclesias hoc eti-
am paruo solatio priuari. Nihil enim pro-
fecto

fecto scio, quod in meis libellis seditiose
dictum sit, nec pugno cum quoquam de
arcibus & regionibus, temporarioque im-
perio, Sed tantum plures mentes per Interim
& Adiaphora perturbatas & sauciatas
sanare ac confirmare conor, non eripere
mortalia, regna qui dat coelestia.

Equidem non patiar mea pia & in-
nocentia scripta pro seditiosis damnari,
Ac, si quis uel Ecclesiasticus uel politicus
gubernator ea tanquam seditiosa condem-
nauerit, nec ueras simul rationes (quod
scio impossibile esse) attulerit, Eum ego
uicissim coram tota Christi Ecclesia, tan-
quam Iesu Christi persecutorem (ut re-
uera est) accusabo & condemnabo. Scio
enim & certus coram Deo in meis preci-
bus sum, me eum scopum in meis miseris
laboribus habere, ut errores confutem,
ueram doctrinam tuear & explicem, mi-
seras conscientias nouis sophismatibus
Adiaphoristarum & Interimistarum in-
tricatas & languefactas explicem & con-
firmem.

Cum igitur sim mihi bene conscius, non
patiar sane quenquam uel magnum uel
paruum mea scripta pro libitu condemna-
re. Tentet sane, qui uult aliquid contra, Nam
ego ei respondebo. Scio in hoc certamine ue-
ritatem & Deum mecum esse, non cum Adi-
aphoristis, Præter hæc duo uendicent sane
illi sibi omnia alia, non uehementer repug-
nabo. Hisce duobus ego fretus non timebo,
Quid mihi faciet homo?

Quare per Dominum Iesum te obsecro
ac ob-

ac obtestor, ne hisce paruis solatiolis miseras
Ecclesias olim florentissimas priuari patia-
ris, quandoquidem isti, qui maxime debe-
bant, non dignantur miseras conscientias
præsentibus adlaphorum laqueis intrica-
tas, perturbatas & languefactas expedire
& extricare, sanare & confirmare. Nondum
enim toto hoc triennio uidi ullam ipsorum
adhortationem ad constantiam in agnita re-
ligione, sed suasiones mutationum uidi com-
plures.

Videte igitur, obsecro uos per Christum,
ut sic epicureos istos religionis Christi cor-
ruptores cohibeatis, sicq; uos in religione ge-
ratis, ne uere dici etiam in peregrinis regio-
nibus, ut Dania, alijsq; regnis possit, isto tri-
stissimo præteriti temporis, parricidalisq;
bello nihil aliud effectum, nisi, ut Christus
ipse cum optimo principe captus & expul-
sus sit. Nec uobis ab epicureis istis persuade-
ri patiamini satius esse Christum cum impi-
is persequi, quam cū Christianis pro Chri-
sto ab impijs pati. Dominus Iesus adsit

Ecclesiæ suæ, & omnibus suis,
AMEN.

Magdeburgæ 15. Cal. Aprilis.
Anno 1550.

iferas
patia
debe
entias
trica
pedire
ndum
orum
ta re
com

stum,
i cor
ne ge
egio
o tri
ialig
ristus
xpul
rade
mpi
Chri
fit





Flaccus
illyricus

Th
1213